£3.13.6

For a very satisfactory account of this rare & curious edition of Locke's version from Brant,— consult Gentleman's Magazine for January, 1817. Page 23. article Bibliomania.

STVLTIFERA NAVIS MORTALIVM, IN QVA FATVI AFFECTVS, MORES, CONATVS ATQVE STVDIA, quibus uita hæc noſtra, in omni hominum genere, ſcatet, cunctis Sapientiæ cultoribus depinguntur, & uelut in Speculo ob oculos ponuntur. Liber ſalutaribus doctrinis & admonitionibus plenus.

S. Ballesdens. S.

OLIM A CLARISS. VIRO D. SEBASTIANO BRANT Iuriſconſulto, *Germanicis rhythmis conſcriptus, & per* IACOBVM LOCHER *Sueuum Latinitati donatus: nunc uerò reuiſus, & elegantiſsimis figuris recens illuſtratus.*

BASILEAE,
Cum Gratia & Priuilegio Cæſ. Maieſt.
1572.

ORNATISSIMO VIRO,
DOMINO M. MVLLER BA-
silienſi, amico ſuo chariſ-
ſimo, S.

T QVI Muſarũ pueris uiridaria pandit,
Ipſorumq; animos inſtruit arte rudes,
Si tetrico ſemper uultu, ſi uerbere crebro
Stentoreaq; ipſos cogere uoce uelit:
Quid niſi arenoſũ proſcindit littus aratro?
Quidq; niſi in ſterilem ſemina ſpargit humum?
Sic turpes hominum feſtiuo carmine labes
Dum BRANT, & mira dexteritate notat,
Maiores confert tam falſo ſcommate fructus,
Grandius & meruit laudis habere decus,
Quàm ſi mordaci carpſiſſet ſchemate, craſſos
Fudiſſet atro non ſine felle iocos.
Hoc opus excultis quod prodit amice figuris,
Non minus egregijs conſpicuumq; typis,
Mittimus & placida capias ut fronte precamur,
In uerum ueræ pignus amicitiæ.
Noſtra ſed hic Momus ſi nomina uiderit, inquis,
Ridebit ronchos ducet & ore ſuos,
Rideat hic etiam, capiti qui congruit eius
Ne forſan dubites, ecce galerus adeſt.

T. Muller H.

JOHN CARTER BROWN

IACOBI LOCHER PHILO
musi, Sueui ad Lectorem
Epigramma.

Carmina sint quamuis triuiali sculpta moneta,
Plaude tamen teneris Lector amice modis.
Cultius eloquium nobis superesse putabis,
Sic canimus tragico scripta canora pede.
Sponte quidem tenui fatuos depromsimus orsu,
Stultituagisq; uiris transtra locata patent.
Nauibus ergo uagis, uentosq;, aurasq; fauentes,
Et salubres portus, & loca tuta precor.
Cogantur fatui tumido subsidere ponto
Ne modo: da tutam Iuppiter alme uiam.
Si foret inter nos ætas Saturnia pacis
Sancta fides, uitæ conscicuumq; decus:
Non iam tot fatuos puppis cumulasset inertes,
Aequora qui sulcant, uelaq; picta trahunt.

EPISTOLA IACOBI LOCHER PHILOMVSI, AD D. SEBASTIANVM BRANT, I. C. præceptorem suum dilectissimum.

Si fas esset, præceptor iucundissime, exotici ac barbari sermonis quiddam tuis mundissimis auribus inculcare: in præsenti proludio rudis loquutor audaxq; iuuentus manibus tuis dedicarem, quod

quod mihi labor ingenuus, sedentariæque noctes ac frequens Incubratio peperere. Sed quia te humanitatis splendore conspicuũ censorem uideo, absq; ruboris macula, ad te scribendum pueriles excitaui manus. Neque enim de numero es eorum Criticorum, qui cùm & ipsi nihil sapiant, ingenij tamen asperitudinem in alios uertunt: nec modo alio designatus uultu, alio uocis sono, alio quoque incessu. Nec iactantia obsolentiore, nec superbia arrogantiore, nec cauillatior (uti maleuoli solent) meam in te iuuenilem obseruantiam manucapis. Memini dulciter me puerum, stipendijs felicis Academiæ sub te præceptore meruisse. O dulces confabulationes, quas sermone tuo suauissimo conditas, publico in auditorio, te profitente accepimus, auribus inquam tenellis & adhuc propter pubertatis mollitudinẽ strepentibus, salutares ac beneuolas solitæ tuæ facundiæ disciplinas exhibuisti. Quotiens enim in frequenti gymnasio, certamina poetarum grandisonamq; ueterum chelyn inflammasti? lepidoq; susurro cantilenas Orphicas delphicasque permulsisti? quotiens ob Phœbi tui dexteritatem lauream q; coronabilem, me ad Aganippidos uireta, scaturientesque Castalij riuulos concitasti? Quemadmodum Atticæ iucunditatis princeps Demosthenes, Platonisq; nostri tenellus auditor, oratione quam Callistratus orator concitatissimus, pro Oropo acturus ad eloquẽtiæ studium commotus extitit: ita tu, charissime præceptor, ani-

mum meum primitus ad fœliciores studiorum
secessus, antraque iucundiora, tua affabilita
ac urbanitate induxisti. Gratias igitur no
quas uolumus, sed quas nostri pectoris exigu
tas ualet, referre non dedignemur. Nam si gr
riarum actiones in hoc epistolio pro infusa el
quentia, proque Musarum inspiramine iam
bi persolvere conarer, Nilotici calami arguti
Aegyptiæque papyri crassitudo, nostris sud
ribus uix satis facerent. Nostræ itaque rudit
tis exercitamenta, hilari fronte, iucundissimo
que mentis examine trutinabis. Laudabis d
scipuli tui audaciam, qui sui præceptoris salu
berrima rhythmata, Latiali (quamuis dura a
balbutienti) lingua, è Theutonico uertit elo
quio. Nec id pudoris loco habendum duco
cum & Franciſci Petrarchæ philosophi Stoici
ac Meonij uatis, sectatoris celeberrimi, cantio
nes uulgares, uernaculaque dictamina, Philip
pus Beroaldus Bononiensis, æquè præcepto
meus, omnisque uetustatis candidissimus inqu
sitor (cui etiam iamdudum primas partes in o
mni dicendi genere Italia, Felsinaque uiritim
tribuit) in Latinum sermonem uertere non es
dedignatus. Quin & Boccatij interpres esse nō
erubuit. Maximi igitur spectatissimique hono
ris præmijque loco duximus, quòd me sermo
nis tui uernaculi (quo egregiè polles) interpre
tem esse uoluisti. Illud, nempe inter non asper
nanda humanitatis genera locari solet: cum a
præceptore discipulus ad honores egregios ele
uatur,

uatur. Tanti igitur te iurè facio, quanti Isocrates Platóque. Socratem sanctissimũ fecere Nec cedo ea in re Theophrasto, qui Aristotelem Peripateticorum fundatorem maximum maximi fecit. Ecquid priscos cito? cum satis superque mea in te obseruabilis piáque uenerati, longè lateq; per fines Germaniæ, eruditissimásque Latij scholas, me præcone, intonuit. Testis est mihi Hubertinus clericus Crestentinas, Marchionis Montisferrati & Pedemontani poetæ stipendiarius: apud quem Cassalæ tuam egregiam uirturem exposui. Interrogabat enim uir iste apprimè doctus, oratórque terssissimus, an ne etiam Germaniæ fines eloquentiæ ac argutioris musæ dogmata passim seminarent? te aiebam amicum, qui stylo Nasum apud nostrates faceres. Itaque in uerba fidentior factus, te adhortari non desinam, ut in his nostris lucubrationibus fauorabiles assensus, curamq; præsentem adhibeas. Non enim dubito, quin crassis quidam auribus, corde obstinato, impexis supercilijs, scissili palliastro, sutulíque centuculo amicti, manus sanguinarias temerè nobis impingant. Horum glutinosarum faucium latratus larualésque ac tortuosas exclamationes, celeusmaque nauticum, cauillum exoticum, sellularíasque castigationes, te duce, te præside, te quoque tutore facilè superabimus. Est etiam nobis altior cothurnus, sunt nobis syrmata longiora, dexter quoq; Apollo cum iucunda Camœnarum chorea, nondum ædes ac nostra diuersoria

deseruit. Casta siquidem manu Palladis artes, sacramque Matheseos aram, thure uapido, frequentiq; libo ueneramur. Igitur dulcissime fautor, uentis impera, & nauiculis nostris ac phaselis salubres auras precare. Vale. Datum Friburgi Kalendis Februarijs, Anno Domini 1497.

CARMEN PHILOMVSI ad Sebastianum Brant.

Si mihi nunc Pæan sacros concederet arcus,
Verteret in nitidos & mea uerba pedes,
Et daret arguti cultissima plectra leporis:
Ad te migraret hoc duce culta lyra.
Nil rude, nil tepidum uenerando nomine dignum
Esse tuo poterit, tu quia dulce canis.
Siue uoles numeris facundos nectere sensus:
Seu fidibus Lyricis, optimus arte uales.
Expertes numeri seu malis condere uoces:
Audes magnifico cum Cicerone loqui.
Iam modò plaude tuis fœlix Germania nymphis,
Quas fontes Rheni, Danubijq; fouent.
Non sumus auersi à Musis, & Apolline dextro:
Tangere iam didicit Theutona terra lyram.
Musicam nostrates, Phœbo duce, uenit ad oras.
Scimus & argutos uoce sonare modos.
À regione procul nostra, Permessidos unda
Sacra scatet: nec nos Aona prata rigant.
Græcia clara suos potuit lustrare poetas:
Hæc quia uicino flumine pasta fuit.

Ad Latios q; lares facilis penetrauit Apollo,
Attulit & secum plectra canora lyræ.
Nos tamen horrendis cœlum produxit in oris,
In quibus ingeniũ est non bene cultus ager.
Sarmaticè loquimur, ructamus uerba labello:
Crasiloquas uoces patria nostra tulit.
Sed postquam Titio sacras euoluere Musas
Incœpit lepidos atq; docere modos:
Manauit studiosa cohors, quæ pectine molli
Ludit, & astringit uerba soluta pede.
Vtile nam docto multis pallescere ludo:
Hoc nihil egregius maximus orbis habet.
Virtus & ratio studiorum, præmia laudum
Parturit, & tituli stemmata clara parat.
Vatibus & dantur meriti fomenta laboris:
Et retinet laudes diua Thalia suas.
Plaude senex, nostro uiridis quoq; plaude iuuentæ
Ductori: uester hoc duce crescit honor.
Pandere scit numeris diui sacraria Phœbi:
Nil latet Aonijs fontibus huncce uirum.
Oscula sæpe damus teneris iucunda labellis
Versibus egregijr, dulcis amice, tuis.
O utinam tecum possem tractare loquelas
Assiduas, nitidos & sociare pedes.
Quicquid enim sacris Phœbi de fontibus hauris,
Candidulus numeris nectis & eloquio.
In lyricis modulis blandissima carmina dictas:
Structilis, argutus, candidus, atq; teres.
Non elegis minor es, te Coi sacra Philetæ
Accipiunt comitem, te socium q; uocent.
Sed quia non opus est clarum laudare poetam:

Iam facit emeritam pagina scripta fidem.

Aliud eiusdem.

Grandibus possunt numeris tonare,
Quos facit Pæan celebres poetas,
Quos & aspirant teneræ Camœnæ
Numine sacro.
Mentis hi crassæ tenebris fugatis,
Rebus externis procul hinc abactis,
In poli tendunt superos meatus
Pectore docto.
Flatibus sacris agitantur usq;
Candidi uates: monimenta condunt,
In quibus fulgent animi furentis
Delphica sensa.
Inclytus uates radios Eoi
Solis inquirit, refugasq; stellas
Mente rimatur, numerisq; condit
Sydera cœli.
Sæpe uentorum rabiem sonorum
Versibus pingit, Boreæq; flatus,
Frigida & septem numeris reuoluit
Plaustra trionis.
Candidus uates rutilo sub ortu
Colligit uersus: quia magna quæris
Facta, scit causas uarias latentis
Reddere mundi.
Inclytus uates celebres Camœnas
Turribus regum uenerandus affert,
Resq; describit populi potentis
Carmine magno.
Candidus uates lituo canoro

Bellicos fortis recinit labores,
Et tuba Martem recitat furorem, &
Præl'a cantat.
Inclytus uates trahit ad cothurnum
Mentis ardores, nitidumq; syrma
Induit, lapsus recolit potentum, &
Ardua fata.
Fœtibus tantis mihi non repleuit
Sic sinum Phœbus rigido sub antro
Incubat noster labor, & minutos
Concipit orsus.
Igneis non sum facibus perustus,
Quas facer Phœbi chorus, & diserta
Turba Musarum, lepidis abundè
Mentibus infert.
Ergo supremam ueniam precamur,
Nostraq; rino sterili Camœna
Fluxit, & sacras uiolauit undas
Carmine rauco.
Alter in cæcis cumulet latebris
Fabulas, tristes canat & labores
Martiæ pugnæ, referat ferocem
Militiamq;.
Me iuuet uersus humili beatu
Condere, & mentem cithara minori
Ritè solari, pariter iocoso
Soluere neruo.
Gratiam credo, dabitis tenellis
Musulis, pigro genitis sub axe,
Sufficit, nostro siquidem magistro,
Crede, placebunt.

Eiusdem ad lectores.

Nauem stultorum iucundo scommate promsit
Brant, cuius celebris fama decusq; uiget.
Quam Satyram uocitare queo: nam candida pangit
Munera uirtutum, conterit atq; probrum.
Efficere Argiuus uix hoc potuisset Homerus,
Qui lusit ueterum prælia magna ducum.
Sydere sub fausto nascentia fata tulisti,
Præceptor dulcis, doctiloquusq; comes:
Quos tibi concesit uernacula lingua lepores,
In Latios uertam simplicitate modos.
Currite qui nostram cupitis conscendere nauem,
Transit ad Hesperium iam bene picta fretum.
Alter ad obliquos conuertat brachia remos:
Alter stultigerum candida uela gerat.
Currite, iam properat cursu compulsa triremis,
Et mare nunc medium carbasa nostra tenent.

AD NARRAgoniam.

Hi sunt qui descendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis. Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est. Psalmo 106.

AD IACOBVM PHILOMVSum subeundæ profectionis Narragonicæ, è Barbaria in Latiale solum. Exhortatio Sebastiani Brant.

NVper ego stultos uulgari carmine scripsi,
Est satis hic noster notus ubiq; labor,
Narragonum quando nobis fabricata carina est,
Theutonico qualem struximus eloquio.
Quam deinde ut uolui contexere forte Latino
Scommate pro doctis, principiumq; dedi:
Occurrere mihi tam crebra negotia passim,
Quæ uersu exorsum, detinuere pedem.
Quo fit ut incœptum tam dignum opus, ipse reliqui:
Et fregi calamum quem semel apposui.
Atq; ita destitui mediis Palinurus in undis
Stultiferam nauem, remiuagamq; ratem.
In re proinde tibi nostra, præq; omnibus uni
Tradimus omnimodas, chare Iacobe, uices.
Ocyus attollas malos, classemq; relaxa,
Antemnasq; suo flamine uentus agat.
Tuq; gubernaclo subeas, clauumq; retorquens
Fac fatuos quo suis per sua transtra loces:
Flecte uiam uelis, remosq; impelle, rudentes
Excute, quo cursu concita nauis eat.
Incautos fuge sed scopulos, penitusq; latentes,
Scyllam, atq; aduersi monstra caueto mali.
Anchora cum sit opus prora iactetur ab alta,
Ne tibi collidant uentus & unda ratem.

Vor-

Vortice præcipitem, caue sis, ne te impetus ullus,
Siue procella uorax obruat. inde uale.

IN NARRAGONICAM PROFE-
ctionem, Celeusma Sebastiani Brant.

HOrtor. adeste uiri. quos nunc uocat Eurus: eundum est
Stultorum in patriam, carbasa plena uolant
Tendite Nargoniam propere, atq; ab littore funem
Rumpite nec mora sit uncta carina natat.
Ilicet obruimur, numerum sine fine uidetis
Qui comitatur, eum non capit una ratis.
Nec reputate uiam maribus duntaxat apertam,
Quin & fœminea est copia mixta uiris.
Peruigil exegit noctes (mihi crede) perennes,
Qui nos collegit, composuitq; rati.
Et meritò. quis enim nostrum præsentia curat?
Præteritis' ue dolet? siue futura cauet?
Contemplator agè hoc speculum quicunq; cupiscis
Scire hominum uitas, interitusq; graues.
Nem qui se uitamq; suam speculatur in isto
Codice non dicet se facilè esse bonum.
Quòd si quis sapiens sibi, se nusquam putet esse
Nos inter cunctis se sciat esse locis.
Ipse ego cunq; locum uolui mihi quærere forsan,
Inueni in quouis me fore sæpe loco
Vera loqui deceat rumpantur ut ilia stultis,
Illorum, neq; me ingrgia uana mouent.

CVm mecum diu multum'q; cogitassem Lectores fauentissimi, de rerum humanarum cursu confuso, atque perturbato, comperi nehercule ex meditatiõe mea uigilanti, quamplurimos errorum gradus, quibus humanum genus in præcipitium labitur. Ad sanandas itaque mortalium ægritudines, perturbationesque intolerabiles, plerique sapientes ac literati homines fructuosissima dogmata scripsere, quę uulnera mentis laceratæ, Aesculapio melius sanarent. Quippe apud Græcos primitus institu- Philosophię Socraticę.
a fuere gymnasia, in quibus salubris profitebatur medicina: quæ perturbatis animis fomenta ac nutrimenta iucundissima conferebat. Vnde & Socrates ille maximus sophiæ cultor, primus de moribus disputare cœpit. Cum enim in rebus naturalibus, certum bonorum ac summæ fœlicitatis finem ponere nequiret, mentis uæ contemplationes sublimes, ad moralium uirtutum studia contulit: & tantum in philosophia emicuit, ut ipse è cœlo philosophiam euocasse diceretur. Is enim cùm mortales ipsos proclives ac pronos ad uitia conspiceret, hoc remedio confusis moribus occurrere cogitans, in publica Athenien siũ palæstra ea docuit præcepta, quæ summi boni fontes limpidos recludunt. Post fatum uerò Socratis, succesit diuinus ille Plato, qui bonam ætatis suæ partem in morali Platonica disciplina.

Sophi-

Sophia consumsit: nec ab re quo nam enim stu
dio melius aut sanctius humano succurrere po
tuisset genere? Scripsit saluberrimas leges, ædifi
cauit rempublicam speciosissimam, constituit
humanam societatem iucundissimam, impe-
suit frenum libidini, ignauiam mortalium ad
uirtutem excitauit. Tempestate quoque philo
Poetarum origo. sophorum, ætas poetarum fulgidissima interue
nit, quæ ob dicendi fingendique iucunditatem
Heroici poetæ. non mediocrem locum inter eruditos obtine-
bat. Quorum quidam heroicum carmen (quo
res diuinæ humanæque decantari solent) cultis-
sima scriptione celebrarunt. Quidam de agricul
tura: alij de planetis, & cursu syderum, motuque
Elegiaci. polorum: nonnulli de amoris imperio, ut ele-
giaci: plerique de Regum ac Principum misera
Tragici. Comici. bili casu, ut Tragici, poemata elegantissima
composuere. Reliqui Comœdiam (quam
Græci archæam uocarunt) cum magna dicendi
libertate coluerunt. E' quorum numero Aristo
phanes Eupolis atque Cratinus, laudadissimi
uates claruerunt. Cùm enim uiderent iuuen-
tutem Athenien sium, cæteraque Græciæ, om-
nibus libidinum generibus irretiri, occasionem
notandi acceperunt: & plano quidem eloquio,
quorumcunque scelera torum hominum uicia
ac peccata liberè mordebant. Ex hac ueteri
Comœdia nostri Latini non inelegans scripti-
Lucylius. tandi genus formarunt: & primus Lucylius
quidem satyram Latinis dedit, in qua nomina-
tim scelera Romanorum principum, ciuiumq;

priua-

priuatorum canebat, salibus multis, iucunda-
que dicacitate totam perfricabat urbem. Non
certè istac ratione ductus, ut fandi lasciuiam,
& effrenatam quandam procacitatem exerce-
ret: sed ut uirtutum studia, doctrinasqu'e salu-
bres excitaret, & uitia è medio fugaret. Igitur
Satyra tota Latinorum est (ut inquit Fabius, Satyrici.
libro 10. Instit. Orator.) pro Satyra quam nos
habemus, Graij archæam priscam Comœ-
diam tractarũt. Post Lucilium eloquio rudem,
urbanitate tamen ciuicáque mordacitate non
pœnitendum auctorem, Horatius Venusinus Horatius.
successit, qui sermone tersior atque emunctior,
non paruam gloriam Satyra meruit. Persius Persius.
unicum librum reliquit, in quo nomen suum
immortalitati commendauit. Postremus om-
nium princeps Iuuenalis, qui quod in singulis
Satyricis uatibus enituit, id totum suo iucun- Iuuenalis.
dissimo dulcissimóque poemate complexus
est. O mores, ó tempora, ut quid nostrates sape
re non incipiunt? cur uates non colunt? cur
poetarum interpretes rapsodósque non uene-
rantur? An ignorant quòd

Aut prodesse uolunt, aut delectare poetæ?
Aut simul & iucunda & idonea dicere uitæ.

Edocent enim quæ mala, quæ bona sint: quid
uitia, quò uirtus, quò ferat error. Nam impios,
superbos, auaros, luxuriosos, lasciuos, delicatos,
iracundos, gulosos, edaces, inuidos, uenefico s,
fidefragos, temerarios, audaces, temulentos,
indoctos & fatuos poetæ lacerant. Econtrà uir-

tutis candidíssimos ímitatores laudibus magnis extollunt, & cuique suorum meritorum præmia aſcribunt. Cùm uerò noſtra tempeſtate tam penè innumeri ſint fatui & ſtulti homines, qui neglecto uirtutis amore ad tenebras ac huius mundi illecebras tendant: operæ precium fuit ut denuò uates aliquis eruditus & ua fer reſurgeret, qui manifeſtaria ſtultorum delícta, uitamque ſpurciſsimam taxaret. Hanc ſcribendi líberratem præceptor noſter iucundíſsimus, Sebaſtíanus Brant Iuris doctor, poetáque haud ignobilis, ad communem mortalíum ſalutem língua uernacula celebrauit. Imítatus Dantem Florentínum atque Franciſcum Petrarcham heroícos uates, qui Hetrúſca ſua língua mírifica contexuere poemata. Cùm uerò Narragonia ſeu Nauis fatuorum (quam non ineptè Satyram appellare poſſumus) omnibus gentibus perneceſſaria ſit: operæ precium eſſe duxí, ut eam in carmen uerterem Latinum: quò exteris quoque nationibus (quibus nollum eſt línguæ noſtræ commercium) prodeſſet. Sunt enim Galli, ſunt Auſonij, ſunt Iberi ſunt Pannonij, ſunt denique Græci, qui id genus dictamínis non caperata fronte lectítent. At uos Lectores, date ueniam Iacobo Philomuſo, ſi quid ob ingenioli ſui mediocritatem peccauerit. Eſt quippe præſens liber cùm ad ſalubrem ſapientiæ commoditatíſque doctrínam, tum ad dementiæ, ſtultitiæque uanitatem expurgandam æditus. Intueatur ergo hunc perlegat.

Dantes Florentinus.
Franciſcus Petrarcha.
Narragonica Satyra.

legatq́e quisquis ueluti in speculo, conditionem uitámque nouisse perspexisseq; laborat, quo fœlicius transigere ualeat æuum.

HECATOSTICHON IN proludium auctoris, & libelli Narragonici.

Per cunctas resonant fausti ssima dogmata gentes,
Orbeq́ nunc toto scripta sacrata uigent.
Biblia, quæ ueterum congessit mystica patrum
Iura, fouet sacris pectora nostra cibis.
Sunt plures sophiæ libri, quibus optima morum
Versatur series, commoditasq́ patet.
Admiror tamen hoc, cuncti quòd lumine uiso
Doctrinæ in tenebris pectora cæca gerunt.
Ex toto salubris mundo doctrina fugatur:
Nocte igitur cæca fluctuat omnis homo.
Pallas ad æthereas rursus contemta cateruas
Transijt, & superis seruit amica choris.
Dexteritas simplex ueri prudentia cessit, Ouid. 1. Met.
Atq́ fides pietas, & probitatis amor.
Spernitur ad mores quicquid perducit honestos:
Spernuntur legis, proh, monumenta sacræ.
Idq́ quod est peius: tales quia nescius error
Voluit & immoto continet usq́ gradu:
Per fora, per plateas uicos, madidasq́ tabernas,
Passim stultorum magna caterua salit.
Caupones scurrasq́ leues, & pharmacopolas,
In precio magno turbidus orbis habet. Horat. in Sermonibus.

Dotibus explosis animi, sectamur inertes
Corporis illecebras, desidiam q; malam.
Eccles.1. *Est igitur numerus stultorum maximus, orbem*
Qui tamnat totum, stulticia q; fouet.
Prouerb.26. *Quidam etiam meros toto se tempore stultos*
Cum uideant, sanos se tamen esse putant.
Nil sapiunt homines præcordia crassa gerentes:
Prudentes nimium se tamen esse putant.
Attamen ut stultos possim cumulare prophanos,
Et quem q; ad meritum iure notare queam:
Innumeras classes fingam longas q; triremes,
Et naues celeres ueliuolas q; rates:
Si non sufficiunt cristata petorita rhedas,
Esseda gallorum iam sine fine struam.
Nec potis una ratis stultorum pondera ferre,
Quos gerit innumeris uersibus iste liber.
De numero ingenti stultorum qui modò uiuunt,
Accelerant pedibus ad mea uela citis
Non aliter quàm si uolitet per gramina florum
Turba apium, dulces perstrepat at q; fauos.
Quidam ne cursu tardo mea carbasa linquat,
Nando sequi stultam cogitat us q; ratem.
Quilibet ad primum properat conscendere transtrum,
Et regimen nauli solus habere cupit.
Curritur ad nauem, postremus quis q; ueretur
Esse: procul toto flumine uela micant.
Titulus operis. *Narragonum hæc classis titulo sic iure feretur,*
In qua stultorum quilibet esse cupit.
Speculũ stultorum. *In speculo ueluti faciem quis ritè tuetur,*
Effigiem uultus conspicit at q; sui:
Sic modò de nostro capiat manifesta libello

Signa quibus uitam conſpiciat́q; ſuam.
Nemo caret uitijs, nemo eſt ſine crimine uitæ:
Ergo ſtultorum candida uela trahit. Seneca.
Nec poterit quiſquam cauſa ſapienter in omni
Se gerere & nulla contaminare lue. Quod nemo dicere poſsit ſe in hoc libello non contineri.
Qui bene mortales ſecum conſiderat actus,
Et trutinat mentis omnia facta ſuæ:
Inueniet cauſam poterit cur ſtultus haberi,
Vt modò ſectetur remigis uſq; uiam.
Quiſquis enim ſtultum depicto ſtigmate dignum
Se putat & uiuit ſimplicitate rudi:
Is poterit ſapiens tandem prudenśq; renaſci,
Et fieri diuæ Palladis inde comes.
Sed qui nunc prudens caſus uult eſſe per omnes,
Nil ſapiens ſemper noliger eſſe ſolet.
Hos ſiquidem atq; alios poterit ſtudioſa caterua
Perlegere in propriis colligo quoſq; locis.
Nobilis & clerus uenit huc cum paupere diues: Pſalm. 48.
Ciuibus urbanis carbaſa plena ſonant.
Ruſticus imberbis iuuenis curuǽq; ſenectæ
Turba uenit, pueri ſtultiloquuśq; parens:
Indocti doctíq; ſimul, longo ordine cincti:
Ad pictas properant, accelerant́q; rates.
Fœmineuḿq; genus turpis quod ſæpe uoluptas
Incitat & torquet non moderatus amor,
Stulticolas inter noſtros diuertere gliſcit:
In ſpeculo ſcelera & perſpicere uſq; ſua. Scribendi cauſa.
Attamen ut quiſquis noſtri dictaminis orſus
Ritè ſciat frontem præbeat, oro, piam.
Pangimus ad certam multorum hæc ſcripta ſalutem,
Stigmate quæ mordent duriter omne genus.

Sed si fortè malus uolet hos confundere risus:
Scriptoriśq; uafros dilaniare iocos,
Facundas capiat causas, de codice primo,
Theutonicis numeris qui bene cultus adest.
Et causas itidem iustas tibi deinde feremus:
Cur multis prosit fictio nostra uiris.

Satyrici. *Sic quoq; Satyrici quondam fecêre poetæ,*
Mordentes populi dedecus atq; nefas.
Hos sequimur: quamuis studio, lingua'q; minores:
At cupimus mores nunc medicare malos.

Excusatio scribentis. *Est animus teneræ multum prodesse iuuentæ,*
Vt scelus explodat, stultitiam'q; grauem.
Parcite stultorum dum signa micantia fingo:
Turritaśq; rates ad freta uasta trabo.
Parcite: si uestris signum de moribus addam:
Stuligeris frontem significem'q; notis.

ARGVMENTVM IN NARRAGONIAM.

D HVMANI generis fœlicitatem, documentumq; saluberrimũ, stultorũ classis ad Narragoniam constructa fulget: quam quidem omnes conscendunt, qui de semita ueritatis, & aperto sani intellectus calle uagantes, inuarias & umbrosas mentis tenebras, ac corporis illecebras corruunt. Potuisset præsens hic noster libellus non inconcinnè Satyra nuncupari, sed auctorem nouitas tituli delectauit. sicuti enim prisci satyrici, uarijs poematibus cõtextis, scelera ac prauitates mortalium reprehendebant, ita nostra hæc pagina, status & cõditiones hominũ ad oculos depingit, ut tanquam in nitidissimo speculo, quisquis mores & uitæ suæ lineamenta contueatur. Nolim tamen indigneatur fidus laboris nostri Lector, uerbum nos uerbo minus reddere (ut Flaccus ait) Sensus enim duntaxat notasq; uernaculi carminis, simplici numero Latinè transtulimus. Quapropter & ueniam præsumptæ nostræ audaciæ ab omnibus lectoribus nos cõsecuturos confidimus, si prius ingenij nostri mediocritatẽ, & teneros lanuginis annos considerauerint. poeticas nempe egressiones, & fabulosam obscuritatem studiosè præterij: nudisq; & natiuis uerborum structuris, facilicq; sententiarum iunctura Opus absol-

Satyra.

Speculũ stultorum.

Horatius.

ſolui. Noſtris iccirco lucubrationibus
uotisque Lector bene pre-
cari uelit, obſe-
cramus.

ALIVD.

Quicquid agunt homines uotum, timor, ira uoluptas,
Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli.

INDEX ARGVMENTO-
rum in Stultiferam
nauim.

De inutilibus libris. pagina 1
De bonis consultoribus 3
De auaricia & prodigalitate 5
De nouis ritibus 7
De antiquis fatuis 9
De doctrina filiorum 11
De delatoribus & litigiorum promotoribus 15
De boni consilij contemptoribus 17
De incompositis moribus 19
De læsione amicitiæ 21
De contemptu Scripturæ 23
De improuidis fatuis 25
De amore uenereo 27
De peccantibus super misericordia Dei 29
De fatuis ædificandi incœptoribus 31
De potatoribus & edacibus 33
De inutilibus diuitijs 35
De obsequio duorum dominorum 37
De nimia garrulitate 39
Inuenire rem alienam, & non reddere 41
De eo qui in alios ainmaduertit, & ipsemet peccat 43
De concione sapientiæ 45
Iactatio & confidentia fortunæ 47
De nimia curiositate mortalium 49
Mutuum accipere 51
De inutilibus uotis & petitionibus 53
De inutili studio 55
Temerè loquentes contra Deum 57
Qui alios iudicat 59
De pluralitate beneficiorum 61
De eo qui quærit exceptiones ad emendandum se 63
De custodia mulierum 65
De adulterio 67
Semper fatuus 69
De iracundia ex leui causa 71
De fortunæ mobilitate 73
De ægrotante inobediente 75

De nimium apertis consultationibus 77
Fatuorum damno sapientes nos fieri conuenit 79
Nil curare detractationes hominum 81
De subsannatoribus & calumniatoribus 83
Contemptus æternorum gaudiorum 85
Tumultus & confabulatio in ecclesia 87
De proteruo ac spontaneo periculo 89
De uia fœlicitatis & futura peccatorum pœna 91
Parua maiorum exempla 93
De uoluptate corporali 95
Arcana esse recondenda 97
Vxorem ducere propter opes 99
De liuore & inuidia 101
De impatientia correctionis 103
De fatuis medicis & emperitis 105
De secularis potentiæ exitu 107
De prædestinatione 109
De oblitione sui ipsius 111
De uitio ingratitudinis 113
Sui ipsius complacentia 115
De choreis & saltationibus 117
De nocturnis ioculatoribus 119
De mendicis & eorum uanitatibus 121
De iracundis mulieribus 123
De potentia fatuitatis 127
De cura astrologiæ 129
De geographica regionũ inquisitione 131
De eo qui non uult esse fatuus 133
De non intelligentibus ludos 135
Malefacere, & non expectare 137
De improuidentia futuri 139
De litigantibus in iudicio 141
De obscœnis fatuis 143
De statu spirituali abusu 145
De inani fastu & iactantia 147
De lusoribus 149
De suppressis fatuis 151
De militibus & scribis 153
De stulta nunciorum legatione 155
De cellarijs & cocis 157

De ru-

De ruſticorum arrogantia 159
De paupertatis contemptu 161
Non perſeuerare in bono 165
De negleɛtu mortis 167
Contemptus in Deum 171
De blaſphemis in Chriſtum 173
De plaga & indignatione Dei 175
De fatua permutatione 177
Honorare parentes 179
De cauillatione ſacerdotum in choro 181
Superbiæ oſtentatio 183
De uſurarijs & fœneratoribus 186
De uana ſpe futuræ ſucceſſionis 188
Non obſeruare dies feſtos 190
Largiri & pœnitere 192
De acidiæ uitio 194
De externis & infidelibus fatuis 196
De fidei catholicæ & imperij inclinatione 198
De aſſentatoribus & paraſitis 206
De delatoribus & obloquutoribus 208
De falſarijs & fraudulentia 210
De antichriſto 211
Veritatem obticere 215
Retraɛtio à bono 217
Omiſsio bonorum operum 219
De præmio ſapientiæ 221
Negleɛtus infortunij 223
Detraɛtio bonorum 225
De immoderata menſæ turpitudine 227
De laruatis fatuis 231
Viri prudentis deſcriptio 234
In commendationem philoſophiæ 237
Concertatio uirtutis cum uoluptate 238
Epigramma ad Lectorem 239
Obiɛctio uoluptatis, criminantis uirtutem 240
Reſponſio uirtutis carmine elegiaco 242
Latina nauis, ſeu barca ſocialis 246
Excuſatio Iacobi Locher Phīlomuſi 249

Socia-

Socialis nauis mechanicorum 252
De Nicolao Renner Argent. 254
Ad numeros suos ut Iohannem Bergman festiuè adeant 255
De singularitate quorundam nouorum fatuorum, additio Sebastiani Brant 257

NOVA INVENTIO
Sebastiani Brant.

De Lolhardis & Beguinis 257
De corrupto ordine uiuendi pereuntibus 263
Ordo angelicæ hierarchiæ 264
Ordo humani generis. ibid.
Ordo regni uniuersalis 265
Vsurpatio regnorum. ibid.
Assyriorum monarchia 266
Medorum monarchia 267
Iudæorum regnum. ibid.
Regnum Persarum 268
Alexandri monarchia. ibid.
Romanum imperium 269
Regnum Christi 270
Constantinus Magnus 271
Romana monarchia 273
Figura cœli M. D. III. 274
Constantinopolitanum imperium 275
Translatio Imperij 276
Turcæ irruptio 278
Cõclusio Vuormacienſis 279

INDICIS FINIS.

DE INVTILIBVS libris.

INter præcipuos pars est mihi reddita stultos
Prima, rego docili uasta'q; uela manu.
En ego possideo multos, quos rarò libellos
Perlego, tum lectos negligo, nec sapio.

Inutilitas librorum.

Quòd si quis percurrere omnes scriptores cupiat, opprimetur tum librorum multitudine, tum diuersa scribentium uarietate, ut haud facilè uerum possit elicere. Distrahit enim librorum multitudo: & faciendi libros plures non est finis.

Primus in excelsa teneo quòd naue rudentes,
Stultiuagos'q; sequor comites per flumina uasta:
Non ratione uacat certa, sensu'q; latenti.
Congestis etenim stultus confido libellis,
Spem quoq; nec paruam collecta uolumina præbent:
Calleo nec uerbum, nec libri sentio mentem.

Diodorus Siculus lib. 1. Eccles. 12.

Dabitur liber nescientibus literas. Esaiæ 29.

Attamen in magno per me seruantur honore,
Pulueris & cariem plumatis tergo flabellis.
Aſt ubi doctrinæ certamen uoluitur, inquam,
Aedibus in noſtris librorum culta ſupellex
Eminet, & chartis uiuo contentus opertis,
Quas uideo ignorans: iuuat & me copia ſola.

Ptolemæus Philadelphus, cuius meminit Ioſephus lib. 12.

Conſtituit quondam diues Ptolemæus, haberet
Vt libros toto quæſitos undiq; mundo,
Quos grandes rerum theſauros eſſe putabat:
Non tamen arcanæ legis documenta tenebat,
Quæis ſine non poterat uitæ diſponere curſum.

Qui parũ ſtudet, parũ proficit, glo. in l. unicuiq; C. de prox. ſacr. ſcri.

En pariter teneo numeroſa uolumina, tardus
Pauca lego, uiridi contentus tegmine libri.
Cur uellem ſtudio ſenſus turbare frequenti?
Aut tam ſollicitis animum confundere rebus?
Qui ſtudet aſſiduo motu, fit ſtultus & amens.
Seu ſtudeam, ſeu non, dominus tamen eſſe uocabor:
Et poſſum ſtudio ſocium diſponere noſtro,
Qui pro me ſapiat, doctaſq; examinet artes.
At ſi cum doctis uerſor, concedere malo
Omnia, ne cogar fors uerba Latina profari.
Teutonicos inter balbos ſum maximus auctor,
Cum quibus incaſſum ſparguntur uerba Latina.

Prouerb. 7. ff. de ori. iur. l. 2. poſt origi nem.

O uos doctores, qui grandia nomina fertis,
Reſpicite antiquos patres, iuriſq; peritos.
Non in candidulis penſebant dogmata libris,
Arte ſed ingenua ſtibundum pectus alebant.

Perſius.

Auriculis aſini tegitur ſed magna caterua.

De bonis conſultoribus

Ciuilis quicunq; gerit conſulta ſenatus,
Iuſtitiam q; uidens ſenſa aliena probat,

Condemnatq;

Condemnat q; graui miseros errore potenter:
Ille agit, in q; scrobem trudit ubiq; suem.

Prouerb. 5.

Iudicis officium.

Cum omni solicitudine ac uiuacitate ueritatis, indaganda est causa. Iudicantes enim oportet cuncta rimari, præ oculis habentes solum Deum, à quo, sicut iudicabunt, iudicabuntur, & remetientur in qua mensura fuerint mensi. Iudices ueritatem, & legum & iusticiæ uestigia sequi debent.

Complures properant ciuilem intrare senatum,
Vt populi ignaui uanos sectentur honores:
Quos leges, fas, iura latent, humana q; recta
Consilia: in tenebris & cæco tramite pergunt.
Roma senes habuit consultores q; peritos,
Qui fas at q; nefas iustè pensare solebant,
Possidet insignis iam ciuica regna senatus,
Consilium q; regit: qui nescit soluere nodum,
Hic in consilio magno à prætore rogatus,

47. dist. omnis qui iudicat. Ecclesiast. 2. 2. q. 7. sicut. 30. q. 5. iudicantem. Salustius.

l. 2. ff. de orig. iu.

Non noua de crasso dictamina pectore profert,
Ast alios sequitur, ne sit contemptus ab illis,
A quorum arbitrio dependet publicus usus.
Heu grauis indocti surgit iactura senatus.
Non satis est alios sectarier usq;, sed orsus
Tu proferre nouos debes, & uoluere mente
Legis utrumq; caput, ne quis te iudice stulto
Damnatus, superis diuis tua crimina ploret.
Forte putas summum nusquam curare Tonantem
Res hominum, cursus q; uagos, mentes q; prophanas.
Crede mihi, iuris normam si noscere uelles,
Iustitiæ q; modum, quo re sapienter in omni
Consilium monstrare tuum, mentem q; ualeres:
Antea consuleres doctos, iuris q; peritos,
Quòd tua de grauibus fieret sententia rebus.
Qua trutinas alios mensura, aut lance rependis,
Aeacus hac eadem Stygijs torquebit in undis.
Est Deus omnipotens, qui nos post fata, supremo
Iudicio censet, iusta quoq; lege citabit.
Inueniet quisquis populos quo iure misellos
Torserit, & facti post mortem præmia sumet.
Inter mortales qui non obseruat honestum,
Iustitiæ q; uiam uiuus, post fata seuerum
Quæstorem inueniet: nec tunc sapientia mundi,
Nec uires animi censuram auertere possunt.

Iudicãdum est legibus, nõ exemplis. l. nemo. C. de sent. & inter.

ii. c. 1. & si ad tempus.

Virgilius.

Salustius. Prius quàm incipias, consulto.

de pe. & re. c. cum ex eo.

C. de iud. l. rem non nouam.

de re iud. cũ xtern. lib. 6. Sap. 5.

De auaritia & prodigalitate.

Pertinet ad proram nauis, cui summa uoluptas
Est in diuitijs, terrigenis q; bonis.
Gaudia magna putat nummos seruare dolosos,
Nec fruitur partis stultus ubiq; suis.

Auaritia.

Mens auari semel uinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum uidet: gratius intuetur aurum quàm solem. Sed nec satietas unquam, neq; finis aderit cupiditati.

Qui legit immensum nummorum pondus & auri,
Rara'q; de partis captat solatia rebus:
Stultus ad illecebras, & gaudia sera nepotum,
Congerit hos sumptus, terra'q; uorace recondit:
Ad Stygios penetrat sed cum defunctus auernos,
Et uada Cocyti tenebrosi pallida lustrat:
Nil sibi diuitiæ prosunt, nil sortis auaræ
Congeries, sitiens Acherontis flumina gustet.
Stultior est timido multum (mihi credite) auaro
Prodigus, acceptis qui nescit limina rebus
Ponere, sed uitijs census largitur iniquis,
Et malè quæsitis opibus ludibria uendit.
Est qui sollicitis stultus compilat amicis

47. dist. sicut. Psal. 48.

Ecclesiast. 5. Psal. 48.

C. de curs. furio. l. 1.

Vende animam lucro, Persius.

Iuuenalis.

Diuitias, animæ nec uult curare salutem,
Sed uigilare metu trepido noctesq; diesq;
Cogitur, ut posita sit magnum pondus in arca.

Lucæ 16. Iob 27.

Heu frustra diues, inferna nocte sepultas
Non tibi delicias præstabit copia rerum,
Hæredesq; tui nullo te munere uellent
Soluere, liuentis fugeres ut Tartara ditis.

Tantalus.

Tantalus alter eris, glauco qui positus aceruo
Vndarum, inter eas sitibundo gutture flagres.

Thob. 4. Dani. 4. Luc. 11.

Largiri debes pro diui nomine Christi
Pauperibus, cœli capies sic regna sereni.

Tullius in prima.

Optauit nemo sapiens, quòd in orbe potenter
Regnaret, diuesq; foret: sed dulce Mineruæ ut
Dogma sequi posset, secura ut uiueret aura.

Crassus 1. q. 1. c. quod quidam. s. Crassus.

Excellit sapiens cunctis spectacula mundi.
Auri sacra fames Crassum anticipare coegit
Fata, quòd is cupidus Parthorum uasa suiret.

Crates Thebanus 12. q. 2. gloria epi.

Thebanus Sophiam cum uellet discere Crates,
In mare projecit nummorum pondus & auri.
Qui uigilant igitur terrenis rebus, Auernis
Commendant animas uacuis, ditiq; parentant.

De nouis ritibus.

Quisquis amat ritus proferre & fingere inanes,
Instituens populos sic nouitate rudes:
Is mala dat cupidæ ludibria multa iuuentæ,
Et stultum manibus, stultior ipse trahit.

Virorum effœminatio.

Rasit Anon dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit uestes eorum medias usq; ad nates. Erant autem

autem uiri turpiter confusi ualde. Væ mundo à scandalo. Vos etenim iuuenes, animos geritis muliebres, illaq; uirgo uiri.

Tempore quæ fuerant ignominiosa uetusto,
Atq; scelesta nimis: iam nostra ætate probantur
A' multis, ritusq; noui seruantur honore.
Laudis erat quondam barbatos esse parentes,
Atq; supercilium mento gestare pudico.
Socratis exemplo barbam nutrire solebant
Cultores Sophiæ, quorum sapientia mundum
Deseruit, celsas Iouis & conscendit ad arces.
Sed nunc irrepsit morum corrupta libido,
Manauitq; nefas, & uitæ subdolus usus.
Ecce pudet multos barbam nutrire seueram,
Sed uellunt toto excretos de corpore pilos,
Vt seruare cutem mollem, corpusq; supinum
Possint, & stultum casus ductare per omnes.
Crinibus in nodum contortis more Sycambri,

Ennius & Tullius in Officijs.
Matth. 18.
2. Regum 10.

Socrates.

Nouitatibus indulgendũ nõ est. 11. dis. c. fi. de consue. cum consuetudin.

Iuuenalis.

Sycambri. Aethiopes.

Aethiopumq; micant, crispantes ferre capillos
Fas reputant, nudos fucati & pectoris artus
Pandere, ut ingenuas possint captare puellas.
Colla premunt quidam sertis, & torquibus aureis,
de ui & hon. cle. c. pe. Tullius. *Et digitos onerant gemmis, auroq; rotundo.*
O mores hominum, corrupta ô tempora, & atra.
Nemo nefas censet uestes gestare plicatas,
20. q. 1. c. ul. *Atq; habitus curtos nimium, tinctosq; colore:*
Vnde palàm apparent genitalia membra pudore
l. 1. C. de uest. olob. & aur. libro 11. *Deposito, & nullo conduntur tegmine clunes.*
31. dist. si quã. & 27. dist. si quis uirorũ. *Quid tunicas memorem uarias? quid pallia narrem,*
Fimbria quæ croceo uestit circundata limbo?
Quid ue pedum referam uestitus usq; probrosos?
Moribus Assyrios sequimur, Turcosq; prophanos,
Et recutitorum peiores ritibus: eheu
Germania. Seneca in Hercule Oetheo. *Talia cur pateris pugnax Germania? pelle,*
Pelle, inquam, ritus media de gente pudendos,
Ne ue tuam perdas famam: Deus ultor acerbus
Hos premet, è quorum nascuntur crimina uita.

De antiquis fatuis.

Ad patulum quamuis languens declino sepulchrum,
Triuerit & metam iam mea uita datam:
Non tamen antiquos fatuorum desero mores,
Stulticiæq; uias inueteratus amo.

Inueterata fatuitas.

Inueterate, dierum malorum nunc uenerũt peccata tua quæ operabaris prius. A senioribus egressa est iniquitas: puer centum annorum morietur. & peccator centum annorũ maledictus erit. Stultitia est quæ me non finit esse senem.

Inuete-

Inueterata meæ dementia crassa senectæ,
Non solitos linquit mores, uitanı́ue priorem:
Sum puer, & centum transacti temporis annos
Connumerare queo, nec enim sapientior usquam
Esse uelim: pueris stultorum signa ministro:
Sulticiæq́ meæ regimen præscribo malignum,
Turpia uiuendi mihi testamenta relinquo:
Exemplarq́ mali sum, duxq́ & pessimus auctor.
Quod puer edidici, facto monstratur inerti:
Stultus ego semper: tamen hac laudarier arte
Percupio, insanam & sceleris protendere famam,
Et uitium monstrare meum, moresq́ pudendos
Audeo, de celebri tanquam certetur honore.
Nunc refero per me deceptas undiq́ gentes:
Me duce nunc iacto tot semina sparsa malorum,
Immemor hunc prauum uitæ conuertere cursum.
Quin doleo, quòd non consueto tramite semper
Ire queo; & stultas penitus consumere uestes.

Daniel. 13.

Ouid. in Fas.

Prouer. 22.

Esaiæ 66.

c. ex stud. & c. cũ in iuuentute. de præsumpt.

Laudatur peccator in desiderijs suis. Psal. 15.

17. dist. nec licuit.

Sed quia non ualeo cursum complere uetustum,
Hæc nato discenda meo, teneroq; nepoti
Proponam, fingamq; uias ad crimina largas.
de confe. dis. 5. c. ul. in glo. *Hic alacer fatui patris uestigia temnet,*
Et discet prodire gradu genitoris iniquo:
Gaudet & ipse parens, natus quòd crimine maior
Progressum sceleris superat numerumq; malorum:
Spemq; gerit pulchram de nato, quum sua gestat
Signa, quibus uitæ malesanos triuerit annos.
Iuuenalis. *Moribus in prauis uersabitur illius ætas,*
Stulticiæq; uias nunquam postponet inertes.
Ergo reget pictæ stultorum carbasa nauis.
Tullius de Sen. *Proh pudor, effœta ô quid nunc cupis esse senecta?*
Semper & in tenebris præsentia uota morari?
Prouer. 26. & 18. *Inueteratus enim fatuus bene uiuere nescit,*
Nescit & ex animo fœdos depellere mores.

De doctrina filiorum.

Indulget quicunq; suis ad crimina natis,
Sedulus emendat nec puerile nefas:
Sentiet is tandem damnum serosq; dolores,
Ascendetq; nouæ splendida transtra ratis.

De eruditione puerorum.

Qui parcit uirgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit. Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum uirga, non morietur. Tu uirga percutis eum, & animam eius ab inferno liberabis.

Stultus erit ſemper miſer, & cæcatus ocellis, Prouer.15.
Quem non cura trahit naturorum, quemq; modeſta
Vita fugit, teneros animos ut moribus ornet, Eccl.30. 45.dif.cum hea.
Temperet aut opera naſcentia fata frequenti:
Non errare uetat, ſcelerum nec limina claudit,
Viuendi ue modum natis proponere curat.
Non bene conſulitur laſciuæ (crede) iuuentæ, Prouerb.22.
Si ſine morigero paſsim ductore uagatur.
Sicut oues curſum linquunt paſtore remoto, Nume.27. Eſa.53.
Sollicitatq; uagas nimium conceſſa uoluptas:
Sic tua per ſceleris torturam pignora currunt.
Stulte parens natos cur excuſare laboras,
Quòd teneri, nequeant recti conſcendere callem, Vir. adeò in teneris cõ ſuefcere mul tum eſt. Iuuenal.
Et ſentire nefas, aut ueri noſcere curſum?
Non ætas mollis, non frontis barba tenellæ
Te excuſare poteſt: teneris ſapientia creſcit
Cordibus, & ſanctæ diſponit ſemina uitæ.
Quin melius retinent pueri documenta tenelli.

Nam

Horatius in Arte.

Nam cecinit quondam Romæ Venusinus alumnus,
Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu: remanentq; rudis primordia uasis.
Flexilis est iuncus: salices flectuntur amaræ:

Ouidius de Remed. amo.

Robora dura minus quid enim nunc prima moraris
Tempora frugiferis citius depascere rebus?

Prouer. 14.

Quid moderata nocet pueris correctio blandis?
Nam ferulæ morum præbent alimenta bonorum,
Expelluntq; malos incocti pectoris æstus.
Ob culpas aliquando graues luxere parentes
Crimina natorum, & uitam ingemuere nocentem.

Priamus.

Adsit in exemplum Priami fortuna potentis,
Iliacas qui fleuit opes cùm nauibus altis
Filius Argolicas properat lasciuus ad oras.

Tarquinius Superbus.

Adsit in exemplum Tarquini fama Superbi,
Ob scelus infandum nati, luxumq; pudendum,

Lucretia.

Quo bona stupratæ mentis Lucretia luxit:
Expulsus regno, Latijs errauit in oris.

Catilina.

Transtulit innumeros ad nos Catilina nepotes.
Filius assequitur patrem, uitijsq; uicissim
Indulget, moresq; bibit ratione carentes.
Heu melius pueris nunc consuleretur inertes

Qui discipulos dimidio reddunt stultiores quàm acceperant.

Ductores fugerent si iam stultosq; magistros,
Prudentesq; bonæ laudis sequerentur alumnos.

Tul. Peleus, de quo Homerus.

Peleus Aemonio quondam rex clarus in orbe,
Curam magnanimi Phœnici indulsit Achillis,
Traderet ut sanctos tenero pro tempore mores.

Philippus. Alexander.

Rex quoq; Pelleus magna cum laude Philippus,
Per loca Graiorum quærebat cuncta magistrum,
Posset Alexandrum qui dogmata culta docere.

Aristoteles.

Doctus Aristoteles tandem compertus, adibat

Magna-

Magnanimi curam regis pectusq; fouebat
Artibus ingenuis, dabat & præconia linguæ.
Doctus Aristoteles primùm documenta Platonis Plato.
Candida gustarat, sophiæq; exceperat artes,
Antea quàm teneros studio pascebat alumnos.
Tempore sed nostro dementes cura parentes
Nulla trahit, natos uideant ut ritè peritos,
Conducantq; grauem digna mercede magistrum.
Ergo nunc fatuus procedit de patre stulto,
Qui uitijs largitur opes, studioq; decoro Prouer.10.
Farcit, & ingenij uirtutes negligit omnes.
Thebam Cratis tristis querimonia fertur: Crates Thebanus.
Si mihi, dicebat, passim clamare liceret,
Vos omnes fatuos uellem appellare probrosos,
Quos agitat nimio funesta pecunia ludo.
Diuitias legitis natis, & dogmate nullo
Pectora lactatis, nec dexteritate fouetis.
Tandem pœnitet & sceleris permissio mordens Prouer.19.
Grandæuum patrem: serò at medicina petetur. Eccles.22.
Natorum quidam sceleratis undiq; rebus
Se sociant summiq; patris diuina lacessunt Deutero.32.
Numina: nonnulli uitam sine fine prophanam
Sectantur, uitiumq; petunt noctesq; dies q;,
At q; relicta malo fundunt patrimonia ludo.
Quidam delicijs lasciui corporis ardent,
Et luxu flores consumunt temporis omnes.
Ille bibit cyathos sitiens, plenamq; lagenam
Euacuat, nulloq; modo discrimina ponit.
Sed pueri, qui non teneris lactantur ab annis
Artibus ingenuis, studijs nec ritè fouentur, 12.q.1.omnis. C.n.8.
Ad uitium faciles sunt, & delicta parati.

Nil

Nil melius gracilem poterit nutrire iuuentam,
Et morum præstare uiam, uitamq; modestam,
Prouer.19. *Quàm salubris docti siquidem doctrina magistri:*
Eccles.7. *Principium medium finem quoq; præbet honoris,*
Vtilis ad teneros spectat correctio natos.
Nobilitas res magna satis, decorare pusillos
Seneca. *Quæ solet: at proprio non est quæsita labore.*
Iuuenalis. *Profuerit quid enim maiorum stemma? quid autem*
Nobilitate tumes? quam non uirtute decora,
Moribus aut cultis meruisti ô stulte misselle?
Sæpe malos catulos pariunt animalia blanda:
Sæpe mali pueri casta nascuntur ab aluo.
Sed pater in culpa est, qui non uult esse seuerus,
Eccles.22. *Dogmaq; nec gnatis uiuendi suggerit aptum.*

De delatoribus, & litigiorum promotoribus.

Qui duplici lingua litesq; & iurgia uendit,
Et delatoris fungitur officio,
Inter contiguos ponens sua crura molares:
In precium sceleris sentiet exitium.

Procuratio rixarum.

Vir insipiens fodit malum, & in labijs eius ignis exardescit. Homo peruersus suscitat lites, & uerbosus separat principes. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. Qui in altum mittet lapidem, super caput eius cadet: & qui foueam fodit, incidet in eam.

Gaudia

Gaudia ſumma putat quidam miſcere ſiniſtris Prouer.16. &
Litibus atq; homines ad iurgia uana mouere: 19.
Gaudet & interdum rixis turbare moleſtis Eccleſ.27.
Pectora. ſic igitur maleſani eſt criminis auctor,
Ore tenet uirus, lingua mendacia fingit, Eccleſ.10.
Atq; dolos uerſat, quibus impugnare nocenter
Concordes animos & pectora dulcia poſsit.
Sæpe ferit grauiter, pharetrato uerbere linguæ
Inſontes hominum mentes, moresq; laceſsit
Innocuos uitæ, & fautores diſpare uoto
Inter ſe ſemper uerſari & uiuere poſcit.
Nec tamen interea ſentit ſibi uulnus adactum Prouer.29.
Vir bonus, accuſat quem delatoris iniqui
Lingua: ſed aduenient ſeri lamenta doloris.
Delatore nihil peius, nil turpius uſquam, Prouer.24.
Cuius in ore ſonant lethalis ſibila morſus,
Millesq; pictarum fraudum mendacia ſubſunt.
Si uidet immoto concordes uiuere nexu,

Si socios aliquos fidos seu nosçit amicos:
Esa.32. *Mortiferum uirus rauco de gutture ructat,*
Vnanimes q; studet comites à fœdere dulci
Soluere, concordes queat ut confundere mentes.
Mox tamen excusat linguæ rabiosa proteruæ
Sibila & insontem se à talibus esse fatetur:
Et sceleris tegit occultè maledicta perosa.
Terent. in Eunuch. *Sic quidam applausus quærunt, cupiunt q; placere*
Istis de quorum nil sanum pectore manat.
Fallaces Daui, gnatones, & parasiti,
Horatius. *Osores rabidi balatrones: hoc genus omne*
Garrula mordacis diffundit semina linguæ.
Quisquis amicitiæ nexum dissoluis & atro
Sapientiæ 1. Prouer. 19. *Stigmate concordes maculas & iurgia uendis,*
Indignus uita es præsenti, carcere dignus
Perpetuo, ut careas uiuaci luce perosus.

De boni consilij contemptoribus.

Est, & non, solers, causa qui dicere in omni
Nescit, & in quouis tempore recta sequi,
Omnibus in rebus nec sanos consulit: ille
Damnorum fatuus præmia solus habet.

Spernere consilia salubria.

Est uia quæ uidetur homini iusta: nouissima autem eius deducunt ad mortem. Despexistis omne consilium, & increpationes neglexistis. Ego quoque in interitu uestro ridebo, cũ irruerit repentina calamitas. Salus autem ubi multa consilia.

Stultus

Stultus iners ille est, qui prudens usq; uideri
Gliscit, & assueto tractat ludibria cursu. Prouer.14. & 11.
Sed dum se nimium prudentem, & ad omnia uafrum
Aestimat, haud dubiè fatuis est stultior illis,
Quorum somnifero mens est cæcata furore.
Sit sapiens, cædo, munitus uiribus, atq;
Dotibus eloquij tamen hæc ignauia nunquam
Deserit assuetas confusi pectoris artes. Prouer.1.
Consilia alterius refugit, spernitq; bonorum Eccles.19.
Sensa, quibus propriæ mentis corroboret actus.
Effutiunt multi phalerato uerba colore,
Et cupiunt uerbis prudentes inde putari.
Hi terram findunt aratro, temoneq; longo
Stultorum gressu tacito monumenta peragrant. c.ne inniteris. de consti.
Consilijs nempe usq; suis cœptoq; furori
Confidunt, nusquam monita & meliora sequentes.
Pyrrhus ad Ausonios populos non castra locasset, Pyrrhus Epirotarum rex.
Haudq; fuga tantas clades commiserit auctor,

Callida si Cineæ docti consulta probasset.
Inconsulta ruit bellis Priameia proles
Hector. *Hector Achillea miserè confossus ab hasta,*
Dum fugit annosi temerè mandata parentis.
Nero. *Sic Nero crudelis iustas dum negligit artes,*
Consiliq; modos telo transfixus acuto,
Sera luit meriti malesanus damna furoris.
Tobias. *Fertur Tobias gnatum monuisse decenter,*
Vt bona prudentum sequeretur gesta uirorum.
Roboam. Eccles. 47. *Dum temerè antiquos spernit Roboam sapientes,*
Innumeras perdit gentes, atq; improbat acta.
Plura tibi possem priscorum exempla referre:
Qui dum sectantur proprium caput, & sibi tantùm
Confidunt, ueterum & nolunt consulta uidere:
Incurrunt pœnas meritas, & tristia fata,
Perpetuoq; trahunt fatuæ telluris aratrum.

De incompositis moribus.

Qui tenet incomptos mores gestusq; pudendos,
Et gestat uultum mobilitate leuem:
Maturat fieri stultus, turbamq; profanam
Quærit, & assiduò pilea stulta trahit.

De corruptis moribus.

Infantium insensatorum more uiuentes, propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti: more indisciplinatorum assiduè erit. Boni autem mores plus quàm diuitiæ operantur.

Moribus

Moribus ingenuis pauciſsima turba uirorum Sapi.12.
Iam ſupereſt: ſedenim plures ad crimina currunt, Eccleſ.20.
Et properant guſtare nefas, turpeſq; malorum Matth.6 & 7.
Illecebras. & ſic ſtultorum imitarier eſcas.
Turpibus (heu miſeri mortales) moribus omnes Threno.4.
Sunt modò cæcati, nec curant munera uitæ Eſaiæ 56.
Candida: nam paribus uitijs iuuenesq; ſeneſq; Matth.15.
Aegrotant, nulloq; gradu diſtantia mores
Separat hoſce malos, mentes nec ad optima transfert.
Crinibus intortis quidam ludibria tractant: Eſa.13.
Quidam ſe manibus iactant, uultumq; modeſtum 2.Timo.3.
Aſſumunt: nuſquam leuibus ſed moribus uſq; Sapientiæ 12.
Se fatuos cunctis oſtendunt, ſeq; peroſos
Reddunt, & grauium fugiunt commercia rerum.
Inſtabilis uita eſt illorum, ſtulta, pudenda, Iacob.2.
Inconſtans, leuis, & cum tempore mobilis omni.
Inceſſu quidam deformia geſta refingunt,
Deformantq; gradus: facie quoq; mera relaxant

Ludicra, nec quicquam faciunt ex ordine certo.
Mens leuis est illis, animus quoq; dissonus illos
Vexat & errores oculis & nubila crassa
Obijcit, & mores uita deturpat inerti.
ff. de tu. & cu. l. scire. *Qui sapit, & mentem laudatis moribus auget,*
Atq; modum uitæ studet obseruare decorum:
Quicquid agit, plausu populi laudatur amici,
Fasq; putat, quicquid sapiens agit ille, facitq;
Sapientiæ 6. *Qui grauitate bonos mores coniunxerit usq.*
Psal. 110. *Incipit (ut docti referunt) sapientia prima*
Moribus à cultis, & dexteritate modestia:
Et timor ingenuæ confert exordia uitæ:
Et pudor, atq; fides, probitas, constantia, uirtus,
Laudatos faciunt iuuenes, claramq; senectam.
Pax etiam tantis uirtutibus addita, præstat
Sinceros uitæ mores, & candida fata.

De læsione amicitiæ.

Qui facit iniusticiam,
Exercet & potentiam
In uiro forsan humili,
Hic facit scrobem tumuli.

Violare amicos.

Ne molliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. Qui uni homini facit iniuriam, multis minatur. Potentes potenter tormenta patientur.

Est fatuus



Est fatuus uecors, stultus, ferus atq; malignus, Sapientiæ 5.
Cuius subiectos iniusta potentia stringit, Prouer. 3.
Et premit insontes nullo de iure subactos.
O iudex attende boni documenta decoris. Eccles. 11.
Non licet iniustè nimium, nimiumq; potenter
Innocuos turbare uiros, & iura superba
Dicere, quæ nequeas illæsa mente profari.
Pessimus ille quidem est fidum qui pungit amicum, Prouer. 3. &
Et nocumenta suis rebus damnosa ministrat. 11.
Verus amicitiæ gradus est, prodesse uicissim,
Et facere alternis uicibus bene facta propinquis. Eccles. 27.
Lucæ 11.
Tempore iam nostro non producuntur amici,
Quales Argolicas quondam uiguere per oras.
Filius æquoreæ nymphæ formosus Achilles, Achilles.
Atq; Menœciades falsis confossus in armis. Patroclus.
Quas Pylades laudes, præconia quanta meretur, Pylades.
Impiger insanum nusquam dum linquit Orestem, Orestes.
Atq; per ignotas terras comitatur amicum.

Demades. *Quid Demaden laudo? quid Pythia carmine tollo?*
Pythias. *Pignus amicitiæ solido qui adamante ligarunt.*
Scipio. *Scipio magnanimus Libyæ dominator & arcis*
Sydoniæ, charos rectè est ueneratus amicos.
Lælius astitidem nobis exempla probatæ
Præbet amicitiæ, cunctis imitanda per orbem.
Theseus. *Theseus Argiuis timor & formido tyrannis*
Qui fuit, & Stygio uictor bene notus in orbe:
Per diras Acherontis aquas, per liuida regna,
Per uada Lethæi fluuij, per Tartara nigra,
Perithous. *Perithoum fidum comitem fuit usq; sequutus.*
Heu nunquam tales nunc inueniuntur amici.
Prouer. 14 & 29. *Vtilitas proprij cunctos iam uexat honoris.*
Nulla fides, pietas, constantia nulla relucet.
Ecclesiastici 37. *Est animus nobis omni pernicior hasta,*
Nec manet in cursu mens deprauata benigno.

De contemptu scripturæ.

Si quis credere uult loquacitati,
Atq; omni fatuo, uidens libellos
Tot scriptos animæ bonum docentes:
Ad nostros fatuos parat rudentes.

Scripturæ contemptus.

Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Si quis ex mortuis ierit ad illos, pœnitentiam agent: habent Moysen & prophetas, audiant illos.

Credere

Credere ſcripturis nolit quicunq; uetuſtis, 2. ad Tim. 4.
Atq; prophetarum diuinos negligit orſus: Lucæ 16.
Eſt fatuus, nugas potius dum quærit aniles,
Quòd bona cœlicolûm ſapiens documenta ſequatur.
Credere qui ſcriptis non uult, quibus arma ſalutis Eccleſ. 2.
Conſtant, & fidei firmantur robora ſacræ: Marci 16. Ioan. 3.
Non hominis uitam gerit is, quin more ferino
Non putat eſſe Deum, nec fata potentia cœli, Pſal. 13.
Nec ſuperos trepidat, dominum nec credit olympi.
Nil iuuat aſsidua quoſdam laſſare querela, 20. diſt. c. 2.
Atq; docere bonos mores, uitamq; decoram:
Nec iuuat ætherei depromere munera regni,
Aeternosq; choros ſuperûm, ſedesq; beatas:
Nec prodeſt Stygias undas, Erebiq; meatus
Pandere lethiferos cinctos liuentibus undis. Pſal. 91.
Concio quid prodeſt fatuis? quid lectio ſacra?
Quid prodeſt recitare ſacras per pulpita leges?
Dogmata quid proſunt à noſtris ſcripta prophetis? Prouer. 23.

Sunt adeò obtusi quidam, quòd credere nolunt
Scripturis fidei & præceptis iure probandis.
Prouer. 12. *At certè hi fatui nullo terrore tenentur,*
Iuuenalis. *Nec duras Barathri pœnas, nec uerbera Ditis*
Esse putant: cæco sic ducunt tempora cursu,
Insanoq; nimis uiuendi errore uagantur.
Ante pedes cernis fidei monumenta sacratæ,
Lucæ 16. *Cernis & antiquas leges, Christiq; triumphos:*
Nec tamen attendis quid diuûm pagina dicat,
Vnde salus animæ manet, requiesq; perennis.
De cog. spi, cum uir. *Non tua simplicitas poterit defendere crassos*
Errores, qui te tandem sub Tartara mergent.
Ergo malam cunctli uitam emendare laborent.
Eccles. 5. *Nam Deus omnipotens sceleratos lance tremendæ*
Matth. 25. *Iudicat, & uarias infert formidine pœnas:*
Lucæ 13. *Immittitq; animas Orco, quo luce carebunt.*

De improuidis fatuis.

Qui non prius scit parare
Sellam quam uult equitare,
Si is cadit inconsultus,
Risum mouens, erit stultus.

Non prouidere futura.

Sapiens timet & declinat à malo: stultus transit & confidit. Sapiens non dicet, Non putabam hoc fieri: sed omnes futuros prouidet euentus. Dum prospexero, non confundar.

Sunt

Sunt fatui ulterius cupio quos ritè docere,
Ne semper mentis nubila cæca gerant. Prouer.14. Psal.118.
Incautus quia nam, demens q; improuidus at q;
Ignauus, curat fata futura nihil.
Accidit aduersi si quid sibi nemo putasset Seneca.
Hoc fieri, aut illud posse uenire malum.
Non tantum lucis præsentis cernere cursum Eccles.32.
Sat fuerit; sapiens cuncta futura uidet.
Post factum rebus fatuus qui consulit actis,
Stulticiæ effugiet uix mala damna suæ.
Consultare prius qui scit, securior omni Salustius.
Tempore erit, nocuum præuidet at q; malum.
Antea quàm fructum uetitum gustauerat Adam, Adam.
Si prospexisset damna futura prius,
De paradisiaco non pulsus gramine, nudus
Exisset facti præmia dura luens.
Antea si Ionathas caperet quàm dona Triphonis, Ionathas.
Voluisset fraudes, lethiferos q; dolos: 1.Mach.13.

Non circumuentus strepitu atq; hostilibus armis,
Spectasset populi funera dira sui.

Iulius Cæsar.

Iulius externis metuendus Cæsar in oris,
Semper erat cautus, consilioq; potens:
Ast ubi tranquillo uitam ducebat in æuo,
Languebant capitis prouida facta sui.
Nam si legisset porrectas ante senatum
Chartas, interitus non properasset atrox.

Nicanor.

Ense metunt dextram linguamq; Nicanoris hostes:
Non erat incepti prouidus ille sui.

1. Mach. 7. Prouer. 2 & 13.

Qui bene consultat rebus, qui prouidus omni est
Tempore, felici tramite fata subit.
Prodesi quandoquidem cautæ meditatio mentis:
Profuit examen consiliumq; bonum.
Cernimus aduersis urgeri casibus omnes,
Præter consilium qui sua fata gerunt.

De amore Venereo.

Insanos trahimus fatuos cum fune ligatos:
Quisquis amat, passim retia nostra subit.
Decipimus plures, & saucia membra sagittis
Percutimus: uulnus nulla medela iuuat.

Calamitas amatorum.

Ne intenderis fallaciæ mulieris. fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara quasi absynthium, & lingua eius acuta quasi gladius biceps. Littoie quot conchæ, tot sunt in amore dolores.

Qui

Qui tua blanda Venus, sequitur fera iussa, dolosq́, Eccles. 11.
Et properat diros temptare Cupidinis arcus: Prouer. 5.
Is fatuus miseros casus & fata subibit. Ouidius de Remed. amo.
Quas Venus insignes luxu prostrauerit urbes,
Quos homines pharetris olim transfixerit atris:
Commemorare libet. Ceciderunt Pergama Troiæ, Troia.
Et cecidit Priami sedes. sceptrumq́ superbum, Priamus.
Ob Paridis cæcum, quo cum flagrabat, amorem.
Marcus Romanæ princeps Antonius arcis. M. Antonius.
Non iugulo sua colla truci, lethoq́ tremendo
Fregisset, si non Cleopatræ iussa tulisset, Cleopatra.
Et si non furia tanta tentasset amorem.
Quisquis amat, ratione caret, sine lege modoq́ Ouidius.
Discurrit, patiturq́ graues in amore dolores.
Magna premit cunctos Veneris uehemensq́ potestas. Prouer. 5.
Nemo satis prudens, qui mollia spicula uitet.
Quem feriunt autem, stultus durabit & amens:
Nam sine mente ruit, constanti pectore nusquam

Ambu-

Ambulat, ad Veneris semper mandata recurrens.
Quisquis enim pueri est pharetris transfixus acutis,
Ouidius 2. Meta. *In uultu nescit bene dissimulare furores.*
Phædra. *Si non spurcus amor Phædram torsisset adultam,*
Non tenerum collum laqueo fregisset iniquo.
Pasiphae. *Pasiphae tauri non deperijsset amore,*
Si procul à Veneris stimulo secura fuisset.
Iulia. *Non tot abortiuis fœdasset Iulia Romam,*
Messalina. *Non calidum intrasset (proh) Messalina lupanar:*
Si bene casta faces Veneris uitasset & arcus.
Ad miseros casus & magna pericla, Cupido
Subdolus & fallax sexum deducit utrumq;.
Additio S.Brant. *Addo his infames draucos pathicosq; cinœdos,*
Quos contra ultrices flammæ leges quoq; surgant:
Sodoma. *Horret enim humanum genus hæc commercia fœda,*
Ob quæ flammiuomo perierunt imbre Gomorræ.

De peccantibus super Dei misericordia.

Quisquis fortè putat sola pietate moueri,
Et iustum pariter non putat esse Deum,
Quòd parcat uitijs semper miserator iniquis:
Humana penitus hic ratione caret.

Peccare super misericordia Dei.

Deus multo pronior est ad misericordiã quàm ad pœnam, uel uindictam. Non tamen miseretur eorum qui assiduè peccant: unde nullus expectet donec peccare non possit. pœnitentia enim serotina multos solet decipere. Vis ergo euadere quod incertum est, age pœnitentiam dum sanus es.

Nunc

Nunc fatuos referam, quorum uesania crassa de pœ. dist.
Omnia conturbat uitijs, rituq; prophano. quia diuinitatis. 93. dist.
Sunt quidam tantæ nanq; impietatis, ut usq; dia. de pœn.
Sancta Dei spernant posito decreta pauore, dist. 7. nullus.
Is quia sit cunctis miserator gentibus, atq; Eccles. 5. & III.
Iudicium non grande ferat de crimine mundi: Psal. 85.
Sit pius atq; bonus, nec iam mortalia curet
Omnia, peccanti liceat sperare frequenter. Psal. 105.
Humanum est peccare quidem: delicta parentes
Fecerunt nostri, quæ nos tortura manebit.
Alter ait comitum, Non sunt pia regna, uel aucis
Facta poli, aut brutis: ueterum scit scripta referre:
Historias recitat, chartasq;, & bibliopolas:
Allegat peccasse patres, hominesq; priores,
Quodq; nouum non sit scelus ullum tempore nostro. Eccles. 1.
Attamen (usq; uelim) peccator pensitet illud,
Quòd delicta patrum nunquam impunita fuere.
Semper habet uitium trutinam pœnasq; sequaces. Exodi 20.

Non

Sodoma. Roma. Pharao. *Non Sodomæ luxus, non magna superbia Romæ,*
Non furor in Mosen toruus rabiesq; Pharonis,
Effugit iustam cœlestis iudicis iram.

Sapientiæ 5. *Dat spacium ad peccata Deus, non omnibus horis*
Peccantem punit: tamen impia facta malorum

Iob 21. Eccles. 9. Lucæ 10. *Iudicis æterni sententia tristis in orbe*
Persequitur Stygio, tenebris flammisq; seueris.
Sit licet usq; Dei pietas immensa, fauorq;.
Gratia sit numeris nullis præscripta, modoq;:

Psal. 97. Sapientiæ 1. Esaiæ 1. *Non tamen à summo diuina Astræa Tonante*
Discedit, iusti remanet sed dextera regis.
Tempore si nostro, pœna sine, crimina currunt,
Morte sed æterna trepidanda piacula soluent:

Deuter. 23. Eccles. 2. *O' malè sperantes, magnus super æthera princeps*
Iusticiæ normam semper leges q; tenebit,
Cum quibus ad fœtidum sceleratos trudet Auernum.

De fatuis ædificandi inceptoribus.

Qui uult nunc ædificare,
Et quid magnum attentare:
Sumptus debet pensitare,
Quibus possit hoc parare.

Incipere, & non prius prouidere.

Qui ædificat domum suam impendijs alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Væ qui ædificat domum suam in iniusticia, & cœnaculum suum non in iudicio. Ita expendendum est, ut annuatim aliquid supersit propter necessitates superuenientes.

Quis.

Quisquis opus magnum tentat componere, sumptus 22.q.1.faciat.
Antea nec reputat, nec tempus computat ipsum:
Est fatuus planè. sapiens namq; extruit illud Eccles.21.
Quod potis est, tentat'q; nihil quod ferre recusent Ierem.22.
Vires, & rerum census, nummiq; paterni.
Cœperunt multi struere alta palatia, & ædes,
Nec uires ualuere suæ, sumptus'q; futuri:
Pœnituit'q; operis tandem illos non bene cœpti.
Rex Nabuchodonosor fastu commotus iniquo, Nabuchodo.
Quòd manibus Babylona suis struxisset amœnam:
In caput illius tandem plaga magna reluxit, Danielis 4.
Quam recinit nobis patrum sincera uetustas.
Excelsam turrim produxit in æthera Nemroth, Nemroth. Gen.10.
Quam tumidi nunquam possent disrumpere fluctus:
Imperfecta tamen molis structura remansit.
Diuitias grandes & plenos poscit aceruos, Eccles.21.
Qui molitur opus manibus componere uastum. Ieremiæ 22.
Vsqueadeò quidam fatui sunt, qui satis illa

Non

Non pensant nec prospiciunt quos damna sequuntur,
A cunctisq; irridentur stlopo atq; cachinno.
Magnificas ædes, opera & sublimia, pauci
Lucullus. Crassus. *Tentarunt ueteres: potuit fecisse Lucullus*
Istuc, & Crassus, quo uix opulentior ullus
Salustius. *Floruit, Assyrias qui sparsit sanguine Carrhas.*
Quisquis magna cupit factum quoq; nititur ingens,
Sit cautus, nummosq; suos, & computet arcam,
Quid possint uires rerum, quid parta facultas,
Ne risum multis creet, & ludibria tollat.
Nempe alias operis cœpti, atq; impensa laboris
Perditur, incassum molesq; incepta uidetur.
Seruius 1. Aen. in Auth. de non alie. col. 8. Eccles. 2. *Inteptare nihil, melius quàm linquere cœptum.*
Qui facit id, damnum is sentit, labemq; notamq;.
Omne hominum inuentum tandem cariosa uetustas
Conterit, & rapido consumitur insuper æuo.

De potatoribus & edacibus.

Paupertatis onus uix ganeo præterit ille,
Noctes atq; dies qui bibit atq; uorat:
Illius ingluuies, crapula, immoderata uoluptas,
Rerum, animæ interitum, corporis atq; facit.

De epulonibus.

Cum ad æquales bibitur, potus ille plus laudatur qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. Potores bibuli media de nocte Falerni, Oderunt porrecta negantem pocula. Ebrietas & mentis inducit exilium, & libidinis prouocat incentiuum. Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Fœcundi calices quem non fecere disertum.

Hic etiam naues fatuorum scandit, & amplas
Contrahit antennas manibus, longosq; rudentes,
Noctes atq; dies uinum qui ingurgitat ori,
Et farcit stomachum dapibus uictuq; guloso:
Nil agit hic aliud, quàm quòd certamina uini
Tractat, & euacuat calices, amplasq; lagenas.
Immoderata meri rabies, mala tristia morbi
Concitat, & nullis rebus discrimina ponit:
Inducit subitas mortes, & tristia fata:
Laxat corporeos nexus, præcordia soluit
Polluit & sensus, caput & genium q; modestum
Contaminat uinum simul & crapulosa uoluptas.
Vina nocent capiti, faciunt & pectora cæca:
Ingenium frangunt nitidum, mentesq; uiriles.
Ebrietas parit omne nefas, & dedecus ingens:
Et parit insanos homines sine lege, modoq;
Qui uiuunt sordesq; malas, luxusq; procaces

Horatius in epistola. 35. dist. sexto die.
Esaiæ 5.
Eccles. 31.
de con. dist. 5. ne tales.
Iuuenalis.
Oseæ 3.
Lucæ 21.
35. dist. uinolentum.
Prouer. 14.
35. dist. uenter.

Obseruant, semperq; meri certamina uersant.
Prouer. 20. Ebrietas uenerem stimulat, lumbosq; salaces
35. dist. luxuriam. Incitat ad luxum: parit & petulantia corda.
Ad Ephe. 5. Ebrietas ratione carens furiosa per orbem
Transuolat, & finem nullo discrimine ponit.
Hor. in Epist. Ebrietas mores frangit, linguasq; loquaces
Efficit & mentis secretum sæpe recludit.
Prouer. ultimo. Rancidius nihil est, nihil est sceleratius illis,
35. dist. c. ul. Ingluuies quorum uino insatiata fatisit.
Herodotus. Non Thomyris natus cecidisset uictus ab ipso
Iustinus lib. 1. Cyro, si tumidi uitassent pocula Bacchi.
Thomyris. Cyrus. Magnus Alexander morbo ebrietatis inepto
Q. Curtius. Alexander. Correptus, gladio proprios iugulabat amicos.
1. Timo. 5. Est modus in rebus: unii moderatior usus
Eccles. 31. Nil nocet, interdum sensus conseruat acutos.
Eccles. 2. Qui sine lege bibit, magnas uacuando lagenas
35. dist. luxuriosa. Sorbet, ad extremum pœnam experietur amaram.

De inutilibus diuitijs.

Diuitias molles clausa qui continet arca,
Et conseruat opes, concumulatq; suas
Vsque adeò, ut miserum nunquam soletur amicum:
Hic aliquando petet, cum nihil accipiet.

Diuitiarum solicitudo.

Noli anxius esse in diuitijs iniustis: nõ enim proderunt tibi in die obductionis & uindictæ. Nil proderunt thesauri impietatis: iusticia uerò liberabit à morte. Væ uobis diuitibus, quia habetis hic consolationem uestram. Diues & pauper obuiauerunt sibi: utriusque operator est Dominus.

Plurima

lurima ſtulticia eſt uotum quoq; inane putamus, Eccleſ.5.
yòd colitur tantùm funeſta pecunia, & ingens Prouer.10. & 11.
heſaurus rerum, & tam perfidus ardor habendi. Lucæ 16.
iuitijs lectis maiores dantur honores, Prouer.22.
uàm Sophiæ meliore gradu ſtant munera diti. Iob 27.
il mores colimus ſanctos: uirtutis amator Pſal.48.
ullus adeſt animos confundit copia rerum.
ic ſapiens ſolus iuriſconſultus, & auctor Prouer.28.
iues, in exhauſta nummos qui poſsidet arca. Horatius 2. Ser.
uria ſola patet Diti, prudensq; ſenatus
olus habet laudes, conquirit ſolus honores, Ouidius 1.
olus amicitias, licet has uirtute meretur Prouer.14.
ulla: ſed nummis donantur præmia tantâ. Iuuenalis.
e cenſu inprimis, de moribus ultima ſemper
uæſtio, quot paſcat nummos, quot iugera campi.
uantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in arca, Eccleſ.13.
ntum habet & fidei, iuret licet & Samothracum

Per ueteres aras: contemnere fluuina pauper
Creditur, atq; deos, dijs ignoscentibus ipsis.
Prouer.19. *Quandoquidem talcs sanctissima diuitiarum*
Maiestas tollit titulos, & nomina confert.
Diuitibus lepores, pisces, auium'q; sapores,
Atq; apri clunes, & quicquid dulce macellum,
Mittitur: ast uacuæ semper stant pauperis ædes.
Psal.36. *Ah uesana fames, & rerum dira libido:*
Quid tamen hoc prodest, quòd deuorat omnia auarus
Eccles.4. *Semper habens, nihil & ieiuno sufficit ori?*
Psal.38.
Amos 2. *Nec modus aut requies: non hunc cumulauit aceruum*
Prouer.11. *Is sibi, sed lites subitas post funera linquet.*
Matth.19.
Marci 10. *Vtilis est nummus multis, inglorius illi*
Qui nescit seruare modum, legem'q; modestam.
Qui nil pauperibus doni elargitur amicis,
Luæ 12. *Hunc Deus omnipotens extremo fine relinquet,*
Tobiæ 4. *Nec capiet uultu placido sua uota preces'q.*

De obsequio duorum dominorum.

Ille duos lepores uenator captat in uno
Tempore, per syluas quos canis unus agit.
Qui cupit ardenter dominis seruire duobus,
Hic plus quàm poterit, sæpe agitare uolet.

Seruire duobus.

Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterũ contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Qui ad utrunq; festinat, neutrum bene peragit. Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Cor ingrediens duas uias, non habebit successus.

tultus & is, summo qui uult magnoq; Tonanti,
t mundo pariter quærit seruire prophano.
lam ueluti dominis qui uult seruire duobus,
arò fit, ut talis semper sit gratus utriq;.
Qui captare duos lepores conatur in una
lora, uenator comitatus cum cane solo,
ix sibi contingit leporem quòd subleuet unum.
arò ferit metam, signataq; stigmata luto,
ui pharetras multas tendit, uariasq; baliſtas.
uisquis multa suis humeris imponere rerum
fficia, & solus uastos uult ferre labores:
ifficile est, semper licitum si seruet, honestum &:
unc huc, nunc illuc raptus, sine fine uagatur,
ec pede sic stabili poterit constare, loco ue.
equora nunc sulcat trabibus nunc per mare currit,
m terram ignotam quærit, gentesq; pererrat.
arò diu persistat qui bina negotia gestat.

Matth. 6. Luc. 16. Eccles. 3.

glo. in l. fi. C. de assef.

16. q. 1. presbyteros. glo. in c. accusatus. de hær. lib. 6.

c. diuers. de cle. con.

Qui facit ut placeat multis, hunc semper oportet
Eccles.5. *Quemlibet astutè blandis palpare lacertis.*
Si quid & aduersi contra se percipit, usq;
c. cum singula. de præbē. lib. 6. *Perferat, officijs queat ut seruire duobus.*
Verba det ingenuo quæ sint permixta lepore,
89. dist. c. 1. *Et quod sit placitum, faciat semperq; loquatur:*
Blandidulis cunctos uerbis, manibusq; salutet:
Eccles. 1 & 2. Iacobi 1. *Ceruicem domini succis & pectus inungat*
Illecebris, quo sit solita non maior in aula:
Et caueat ne quem turgenti concitet ira
Hic quia prægrauidam gestiat cum pondere molem,
c. quia in tantum. de præbē. *Ocia rara simul mentis raramq; quietem:*
Attamen officij numerus pluralis, auentem
Efficit, ut lucri sudores perferat atri
21. q. 1. clericum. *Sanctius & melius, domino seruire probato,*
Atq; uni possis cui per benefacta placere:
Eccles. c. 9. *Quàm domino usq; nouo famularier omnibus horis.*

De nimia garrulitate.

Qui linguam frænat rictus compescit & oris:
Mens angore huius tristitiaq; uacat.
Qui loquitur temerè, cadit in dispendia: sicut
Quæ pullos prodit murmure pica loquax.

Garrula lingua.

Omnis natura bestiarum & uolucrum & serpentum & cæterorum domantur & domita sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest. Inquietum malum plena ueneno mortifero, ipsa maculat totum corpus, &c. Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.

Garru-

Garrulus atq; loquax qui tempore blaſterat omni,
Ad nauem is properet fatuam, conſcendat in arcem.
Carbaſa uentus agit: fatui properate loquaces.
Sunt plures, quorum eſt ſumma oblectatio uitæ,
Summus & affectus linguam exercere procacem.
Dum tangunt quod nemo uolet te tigiſſe, merentur
Inuidiæ telum melius tacuiſſe profectò.
Qui reticere poteſt cum magno forſan honore,
Attamen eloquitur, nec uult compeſcere fauces:
Incurrit quando q; grauis diſcrimina noxæ,
Et caſus miſeros melius ſtrinxiſſe labellum.
Reſpondet qui ſponte ſua, non antè rogatus,
Se fatuum inſulſum cunctis exponit & offert
Obſcœnæ pariter commiſſa pericula linguæ.
Sunt fatui plures qui garrulitatis iniquæ
Læticiam capiunt, & linguæ gaudia uana:
Qui tamen interdum pœna plectuntur acerba.

Prouer. 13 & 10.
Pſal. 139.
Eccleſ. 9.
Iacob. 3.
Eccleſiaſt. 5.
Prouer. 17.

digito comp eſce labellum.
Iuuen.
Iob 15.
Prouer. 18.

Hiere. 18. Osee 7. *Multos lingua procax casus sufferre coegit*
Anguistos: quid enim fallax delatio prodest?
Linguosus sua cùm fas est malefacta fateri,
Atq; sacerdoti culpam proferre, fileſcit,
Nec uerbum ructare potest, dum præmia cœli
Dantur, & examen miserum de crimine fertur.
Multi prudentes & sani fortè fuissent,
Si se non propriæ fœdassent uerbere linguæ.
Adsit in exemplum miseris, normamq; salubrem,
Pica. *Pica loquax, pullos quæ garrulitate frequenti*
Eccles. 5. *Prodit & ad nidum nimio clamore susurrat.*
Prouer. 15. *Pauca loqui, & castæ seruare silentia linguæ,*
Tutius & melius qui respondere laborat
Omnibus, incurrit damnum quandoq; molestum.
Sermo placet modicus, moderato tempore fusus.
Eccles. 5. *Virtus clara quidem est tutum seruare labellum:*
Ritè loqui fas est, quod bona lingua docet.

Inuenire rem alienam, & non reddere.

Inueniens aliquid proprios quod seruat in usus,
Istud & inuentum qui putat esse suum,
Tanquam iusta Dei sinat id retinere uoluntas:
Hunc dæmon fatuum decipit atq; ligat.

Inuenire, & non reddere.

Si quid inueniſti, & nõ reddidiſti, rapuiſti: quantum potuiſti, feciſti, quia plus non inueniſti, &c. Vnuſquiſque enim ſcire debet quod ſuum non eſt, ad alium perti.ere.

Feruor

Feruor auaritiæ mea non ſinit uſq; ſilere
Carmina, ſed ſatyram tendere ubiq; meam.
Iccirco fatuos meritò hic dicemus inertes,
Qui ſua non ſolùm, uerùm aliena tenent.
Inueniunt quidam theſauros, res alienas,
Vſibus obſeruant hæcq; reperta ſuis:
Et tenebris cæcis adeò ſua pectora firmant,
Vt credant ſuperos hæc tribuiſſe deos:
Non curant ad quem dominum res perdita ſpectet:
Quod fortuna leuis obtulit, uſq; tenent.
Audi quem tanta trahit impietate cupido:
Audi, nec renuas hæc documenta precor.
A' caſu ſi res alienas inuenis, illas
Eſſe tuas nunquam credas: aliena profectò
Sunt ea, quæſo tuos, ſi quos in pectore ſenſus
Vſq; geras cenſor conſule ſtulte tuos,
An bona quæ proprio non ſunt quæſita labore,

14.q.1.ſi quis inuenerit.

l. eum quærebatur. C. unde ut.

Auguſtinus.

1. Petri 4. Deutero. 7.

Ritè tenere queas: impius error adest.
Inuenias aliquid, quod nullo iure parasti,
Ad dominum debes mittere sponte suum.
Si non est notus, res ad quem perdita spectat,
Nescis & hæredes quos bona iura manent:
Inuentas debes mox res in pauperis usus
Vertere, mendicos his q; iuuare uiros.
In proprios usus qui uertit res alienas,
Quod q; suum non est, conterit at q; repit:
Hic Acherontæis animam demerget in undis,
Excrucians sese perpetua q; siti.
Thesauri raptor parum à prædone doloso
Distat: res raptas prauus uter q; premit.
En Deus omnipotens te q; extra at q; in cute nosci,
Actus deinde tuos nosci & ingenium.
Inuenies, si quod sacra iura tenere uetabunt,
Redde, nec inuentis pollue corda malis.

Aug. Inst. de re. diui. in fi.

32. dist. erubescant.

Hiere. 17.

Psal. 7.

In reg. peccatum lib. 6.

De eo qui in alios animaduertit, & ipsemet peccat.

Quisquis iter planum poterit transire uiator,
Quod monstrat posita dextera fixa uia,
Attamen in cœno at q; situ, crassa q; palude
Ambulat: is sensu, seu ratione caret.

Medice cura teipsum.

Bene docendo, & malè uiuendo, Deum instruis quòd te condemnare debeat. Qui uidit utilius, & facit deteriora, Absit ei radius lucis sine mora. Extersis oculis aliorum damna uidemus, Ad discernendum propria sensus hebet.

Dempta

Peruolat ad nostros censorum turba phaselos.
Qui procul aduertunt alienæ crimina frontis,
Castigant facinus quod nec committere abhorrent,
Et proprias uitij sordes sceleriscq; patrati
Abscondunt maculas alios culpare parati:
Omnia facta hominum temere in conuitia uertunt,
Ridiculum nasum tollunt, grandesq; cachinnos
Nec tamen aduertunt quàm saucia membra malorum
Gestent & morbos uitioso in pectore natos.
Sæpe manus fixa in directo tramite campi,
Monstrat iter rectum per quod non ambulat ipsa.
Sic faciunt tales hominum delicta notantes:
Nec proprium censent facinus uitamq; pudendam.
Quiq; uolunt oculo de fratris sumere spinam,
Inspiciant se ferre trabem ponduq; molestum.
Multi se Curios simulant, durosq; Catones,
Fabriciosq; probos, simulant sanctosq; Metellos:

40.dis.c.1. iusti quod cum c.cæterùm. glo.1.c.ea quæ.de sta. regu. 3.q.7.iudicet. & c.in granibus.

3.q.7.tria.

Matth.7. Lucæ 6. Iuuenalis.

Multi

Psalm. 9. Multi Socraticam tentant ostendere frontem,&
Iuuenalis. Grande supercilium, quorum tamen impia uita est,
Et quorum tacita sudant præcordia noxa.
Cicero. Hinc Ciceronis adest sententia clara diserti,
Qua docet, ut nullus peccata aliena fatiget,
Hic nisi sit uacuus uitijs, & crimnis expers.
Lucæ 4. Multa tibi possem dare nunc prouerbia patrum.
20. dist. una tantùm. Nam ueluti medicus qui alios sanare medelis
Molitur nec se poterit sanare medendo:
1. q. 1. multi. Sic agit ille quidem qui alienos carpere mores
Gliscit & in proprijs delictis turpiter hæret.
Sunt plures alijs bene consultare sciunt qui,
41. dist. sit rector. At sibimet nequeunt licitum suadere & honestum.
21. dist. primum. Vos quoq; presbyteri populum qui ritè docetis
Iussa Dei, fideiq; simul præcepta sacratæ:
46. dist. 1. necesse. Quando alios homines uerbis culpatis & ore,
Vita sit immunis uestra, & sine sorde probata.

De concione Sapientiæ.

Quem sacra delectat diuûm Sapientia, quiq;
Pectore flagranti dogmata sancta colit:
Hic cunctis præstat, clarosq; meretur honores,
In cœlo datur & digna corona sibi.

Sapientiæ præcepta.

Vsque quò paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia, cupient: & imprudentes odibunt [illegible]tiam. Conuertimini ad correctionem meam.

Clamat

Clamat uoce graui populo Sapientia cuncto:
O genus humanum ad noſtram concede cathedram. Prouer. 1. Perſius 3. ſat.
Diſcite quid recti doceant mea uerba boniq:
Diſcite mortales caſtæ monumenta Mineruæ,
Et ſacræ pariter ſua dogmata diſcite linguæ:
Stulticiam craſſam tota deponite mente:
Quærite doctrinam qua conſtat uita ſalusq. Prouer. 13.
Quærite quæ bona ſant funeſta pecunia nuſquam
Alliciat ueſtros animos ad crimina ſpurca
Sardonychem ſu'rum ſuperat Sapientia, & aurum, Plautus in Amphitr.
Argentumq; ſimul, gemmas, nitidosq; beryllos:
Non Adamas melior, non eſt Magneſia cautes.
Eſt maior toto Sapientia prouida mundo,
Quicquid & optari poterit, non præſtat aceruum
Aequalem Sophiæ: cunctis præſtantior ipſa eſt.
Nil habet æquiualens, ſimilis nec gloria fulget. Eccleſ. 37.
Conſiliis princeps toto dominatur in orbe.

Temperat

Temperat hæc urbes, populos, magnumq; senatum:
Corporis hæc præbet uires, & corda polita.
Clamitat ad cunctos Sapientia uoce tubali.
Prouer.8. *Me duce sceptra tenent reges, rutilasq; coronas:*
His mores leges q; dedi de pectore sacro:
Eccles.21. *Me duce principibus regna obseruantur auita:*
Ac per me gentes sincera lege reguntur,
Quæ mala stultitiæ fugiunt, cæcosq; furores.
Qui meritè colit, qui me ueneratur, amatq;:
Hunc ueneror, mitisq; sequor cum laude perenni.
Prouer.3. *In me diuitiæ sacræ, thesaurus & ingens,*
Et bona felicis consistunt præmia uitæ.
Me Deus æternus diuino numine obumbrat,
Natáq; de cerebro sum, magnum & sparsa per orbem.
Cœlestis per me maiestas cuncta parauit:
Et sine me nihil est in cœlo atq; orbe creatum.
Prouer.1. *Insipiens igitur qui non mea dogmata tractet.*

Iactatio & confidentia fortunæ.

Se fortunatum, felicem, seq; beatum
Qui putat, & sorti nimium confidit iniquæ,
Laudat & extollit fortunam: sentiet olim
Cum minimè retur, tectum crepitare domumq;.

Fortunæ uanitas.

Successus humanæ prosperitatis, uerum indicium æternæ damnationis est. De propitiato peccato noli esse sine metu, neq; adijcias peccatum super peccatum. Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius. Lento enim gradu ad uindictam sui, diuina procedit ira, tarditatemq; supplicij, grauitate compensat.

Hic

Hic quoq; dignus erit noſtra rate, ſiue lyburno
Prouehi, & inſipidum ſtultus adire chorum:
Qui iactabundus fortunam ſemper in omni
Arridere ſibi re putat atq; cupit:
Et iactat quòd ſe gremio fortuna benigno
Reſpiciat, ſint & proſpera cuncta ſibi:
O fatue, enormis quæ te ueſania torquet?
Quorſum te rerum fata caduca trahunt?
Cur nimium ſubitis audes confidere rebus?
Cùm bona fortunæ non ſtabilita ruunt.
Incaſſum iactas ſanæ ludibria ſortis:
Felix qui ſe non implicat hiſce bonis.
Iactas diuitias, iactas quòd copia rerum
Te beat, in q; manus proſpera multa fluunt.
Iactas ſucceſſus fauſtos, & ſortis aceruos,
Cum finem incertum ſors tamen omnis habet.
Peſtifero multos fallit ſors nubila uultu,

Auguſtin. Prouer. 28. Eccleſ. 5. Valerius li. 1.

Elaiæ 65.

Auguſtinus.

Seneca in Hercule Furent.

Inſta.

Instabilemq; trahit non bene fida rotam.
Stultus quem passim rerum successus inescat,
Confidit rebus qui bene fortuitis:
Dæmonis horrendi mihi credite, filius hic est,
Posthabitis superis, qui bona uana colit.
Quem Stygius Pluto conatur fallere, rerum
Prouer. 21. *Huic cumulum præstat diuitiasq; malas,*
Quæ damnant hominem sitibundum in gurgite fusco,
Lucæ 5. *In quo ranarum pessima turba fluit.*
Stultus, qui iactat fortunæ commoda, certus
Prouer. 1. *In quibus, & stabilis non solet esse gradus.*
Fortunam patienter habe, nec prospera iactes
Fata: hodie diues, cras quoq; pauper eris.
Non in fortunæ manibus felicia rerum
Iuuenalis. *Munera dependent, sed Deus illa tenet,*
Et mutat quodcunq; uolet: tu stulte profanam
Ne sortem extollas nunquam ea firma manet.

De nimia curiositate mortalium.

Qui curas hominum cunctorum ferre laborat,
Nec proprios fructus, nec sua damna uidet:
Is quoq; sit patiens, & discat ferre dolores,
Si premitur mundi mole, ruitq; graui.

Qui

Qui plus ferre cupit propriis portare lacertis — de renun. c. 1.
Quod ualet, hic fatuus sua sponte pericla subibit. — In prin. li. 6.
Imprudens etenim quisquis ceruice parata — Prouer. 15.
Vult molem sufferre grauem, & iuga tristia solus, — Eccles. 3.
Cùm sit opus multis talem portare laborem.
Qui dorso imponit spacioſi pondera cœli, — Prouerb. 20.
Et capit id quod ferre nequit: uelociter iste — Eccles. 1. & 13.
Corruit, & cœpti hunc tandem imprudentia mordet.
Historiæ nobis recinunt exempla quòd ille
Magnus Alexander toto sudasset in orbe.
Europæ atq; Asiæ fines non deniq; mundus
Sufficere sibi, tanquam pro corpore paruo
Non satis ista foret tellus quam iure teneret.
Attamen exigua tandem compostus in urna,
Sarcophago contentus erat paruoq; sepulchro.
Mors horrenda docet quo quis contentus abire — Eccles. 7.
Debeat, & qualem sectentur corpora finem.

Diogenes. Heratius. *Cynicus ille, fuit Græcus plus diues in oris*
Cognitus. & Sophiæ celebris præceptor & auctor:
Non ædes magnas non hic sublimia tecta
Quæsiit, at uacuo speculatus uase forato &,
Astrorum motus, curamit secula nusquam
Magna quies istunc atq; otia blanda manebunt,
Qui forti curas abigit de pectore uanas,
Haud onus imponi dorso quod ferre recusat.

Iuuenalis. *Maxima qui temtat uoto qui concipit alta,*
Pondus & aggreditur rerum: tolerare laboret
Grandia, quæ mordax imponit cura lacertis.

Prouer.17. Sapien.5. Matth.17. *Quid iuuat ingentem manibus quod uincimus orbem,*
Angorem frustra patimur curasq; molestas,
Si tandem hanc animam Stygias mittemus in oras?
Qui curat quid mundus agat, quo Cæsar in orbe
Martem agitet nunquam tranquilla uiuit in hora,

Sapien.7. *Stultus & is curans quod nec mutare ualebit.*

Mutuum accipere.

Haud facile emergit qui semper mutua sumit:
Nam lupus est metæ tempora nulla uorax.
Calcitrat hunc asinus plantis quandoq; recurtis,
Seraq; mortiferi damna doloris agit.

Multis

ultiplicata fuit manibus qui mutua sumit,
Aera hic uersuram soluere stultus habet:
rofuerit q; parum quòd metam & tempora tardâ
Soluendi statuat, mox quia tempus abit.
xpoliant usura uorax & fœnora multos
Censibus, ingratam pauperiem q; creant.
epe etiam nudos homines facit æs alienum,
Mutua pauperibus exitiosa nocent.
uid tamen hoc simili, præscriptæ pagina legis,
Aut Satyræ excursus significare uelint,
cipe: nam fatuos uitiorum semita trita
Quos trahit, & scelerum, significare uolo.
siduò peccant, uetitæ quoq; mutua sumunt
Legis, & impuro fœnora corde fouent.
ecati cumulum faciunt, atq; aggere magno
Constituunt molem ponderibus q; grauant.
ponunt humeris tumulis sic grande capistrum,

Prouer. 19.
Esaiæ 24.
Psal. 71.
Prouer. 28.
Lucæ 6.
Eccles. 7. & 8.

Pondere sub posito cuncta'q; membra tremunt.
Non ut peccatum cumules, tibi tempora donat
Eccles.22. *Hæc Deus, emendes sed malefacta petit.*
11.c.4. Nabuchodonosor. *Vindicat interdum mortales uerbere diro,*
Visitat & lento crimina sæpe pede.
Sodoma. Gen.18. *Adsit in exemplum Sodomorum tarda ruina,*
Qua cecidit iuuenis, decrepitus'q; senex.
4.Re.16. Thobiæ 13. *Et Solymæ præbent nobis exempla uetustæ,*
Propter peccatum quæ cecidere malum:
Michex 4. Exod.7. *Nilicolas itidem plagis subitis'q; ruinis,*
Iohelis 3. Amos 9. *Ob scelerum molem, triuerat ipse Deus:*
Esaiæ 1. *Et plagis uarijs recutitæ semina mentis*
Prouer.22. Thobiæ 13. *Affecit, quamuis gens benedicta foret.*
Mutua qui sumit, nequeat quæ soluere, stultus.
Ezech.18. *Nam metam positam non lupus ipse uorat.*
Sic Deus omnipotens tribuit tibi tempora uitæ,
Non ut peccatum, sed bona perficias.

De inutilibus uotis & petitionibus.

Qui superos passis manibus, uotis'q; precatur,
Nec tamen ex iusto pectore uota fluunt:
Quod petit à superis, uotum non percipit illud,
Materiam risus deinde aliquando dabit.

Carpi-

Carpimus hac ſatyra optatus quoq;, & improba uota,
Quæ temerè à ſuperis nulla ratione precamur.
Voto homo ſæpe petit quæ non intelligit ipſe,
ed quæ triſtia ſint diſcrimina fortè datura.
Idſit in exemplum Midas rex ſupplice uoto
Qui temerè optabat, quòd quicquid tangeret, aurum
ſſet: & hinc ſtolidæ damnoſa optatio mentis
Iuic fuit ad pœnam. nam panis uerſus in aurum
tq; merum fuerat: ſic uoti damna luebat,
uriculas aſini fatua ut ceruice referret.
Iulti diuitias optant cenſusq; ſuperbos,
t manibus quatiunt, Iouis atq; impellere tentant
ures, nummorum ut magnum concedat aceruum.
' malè uouentes funeſta pecunia multos
aſus ad miſeros & triſtia fata retruſit.
Quid Lycini proſunt ædes, quid iugera campi?
Quid Craſſi cenſus? quid Croſi maxima gaza?

Prouer. 18.
Eccleſ. 7.
Lucæ 20.
Iob 21.

Midas Rex Phrygum.
Ouidius Metam. 11.
Perſius 1. ſa.

Prouer. 17.

Sapien. 8.
Lycinus.
Craſſus.
Cræſus.

Non fauſtum nacti finem, non funera recta.
Poſcit opem neruis quidam, longamq; ſenectam,
Iuuenalis. *Poſcit & in longis opulentus uiuere ſeclis.*
Quem tamen aſſiduæ crapulæ tuceta; craſſa
Debilitant, neruosq; terit laſciua uoluptas.
Ad Hebr. 8. *In pœnam multis fuit olim annoſa ſenectus,*
Prouer. 17. *In qua ſollicito ſudamus ſæpe dolore.*
Peleus. *Peleus & Neſtor uiuax, Itacusq; Laertes,*
Neſtor. *Quæſti ſunt ſeram nimium tardamq; ſenectam.*
Laertes.
Horat. in Ar. *Accedunt ſenibus quandoq; incommoda multa.*
Sapien. 5. *Tum trahit ad uotum quoſdam mundana poteſtas,*
Eccleſ. 11. *Exitium quæ ſæpe parit, mœſtamq; ruinam.*
Exoptant alij formoſos corporis artus,
Atq; animæ iccirco perdunt plerunq; ſalutem.
Iuuenalis. *Optandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano,*
Et bona fama, fides, & morum uita bonorum:
Et ſedeat uirtus in caſto pectore fulgens.

De inutili ſtudio.

Qui ſtudium exercet uanum, ſterilemq; palæſtram,
Et fruſtra ſtudij tempora cæpta terit:
Ad partes ſatyræ ueniat, ſtultasq; cohortes,
Vt uideat quid ſit perdidiciſſe nihil.

Nunc



Nunc superest satyræ, fatuos uectare studentes,
Qui cappas humeris portant, longosq; cucullos: Ad Hebr. 5.
Vnde trahunt post se capparum in puluere caudas, Ad Rom. 1.
Et se scire putant, quod non didicere studendo. Eccles. 44.
Dum studijs teneros deberent tradere mores, Eccles. 25.
In plateis potius ludibria uana sequuntur.
Nil studij fructus curat malesana iuuentus, 36. q. 1. sic uiue.
Cogitat haud artes magna ratione repertas:
Sed potius fatui studio laqueantur inerti.
Vnde nihil morum nihil & uirtutis habebunt.
At Sophia est ueterum, magno sudore paranda:
Ocia nil possunt præstare ignaua studenti: Seneca epistola 18.
Hinc magis admiror, quod multi errore profano
Nil nisi nunc manibus triuialia grammata uoluunt,
Grammatices priscæ sincera uolumina spernit,
Cuius Alexander Gallus præcordia turbat.
Hic logicæ nodos soluit sermone rotato, 37. dis. nonne

Et fylogismorum cum garrulitate molesta
Currere nunc Sortem clamat, nunc stare Platonem
Blacterat, & nescit uerbis imponere finem.

Eccles.16. *Ars logicæ falsò nodos & retia cauta*
Nectit & explicitum tenebras deducit in atras.

37.dis. legimus. *Noctes atq; dies ranarum murmura rauca*
Effundunt logicæ uerbosaq; dogmata clamant.
Talibus illecebris uiolatur prima iuuentus
Vtile nil quærens, nil delectabile gustans.

Eccles.8. *Hic uolat ad Viennam, tenet hunc Erfordia magna:*
Hunc Basilea fouet, Lyps istum barbara tellus:
Hic mare sulcauit, gentes hic uidit Iberas:
Vidit & hic Gallos, & magnæ mœnia Romæ.

12.q.2.gloria epis. glo.in c. tum ex literis.de in inte. rest. Prouer.13. *Ad patrios tandem redeunt sine laude penates,*
Et sine doctrina, cappas ceruice superbas
Gestant: pro stulto quæ respondere studente
Possint, incassum tractarunt tempora prima.

Temerè loquentes contra Deum.

Si Deus annueret precibus, nostrisq; petitis
Semper, & ad uotum concederet omnia: plures
In lachrymas fluerent mœstas fletusq; molestos,
Stulticiæq; suæ captarent præmia iusta.

Corripere facta Dei.

Superua cuis laborat impendijs qui Solem certat facibus adiuuare: quoniam diuinæ gratiæ plenitudo adiectione humana nõ indiget, nec ulla requirit cõmendationis augmenta. Sic qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.

Venam

Vanam operam impendit fatuos stultosq; labores, 6. q. 1. Si om-
Qui Solis radios igne iuuare putat, nia.
Et face succensa se credit lampada Phœbi Eccles. 3.
Augere ut plenum plenius efficiat: Prouer. 30.
Stultior ille tamen, superi qui facta Tonantis,
Atq; uoluntatem corripit ætheream.
Hic superat stultos omnes, uesanior hisq; est,
Eumenides quorum pectora surda premunt.
Nanq; Dei nostri tanta est sapientia, uirtus, Ad Rom. 11.
Iustitia, ingenium, gloria, fama, decus,
Consilium tantum, maiestas, tanta potestas: Esaiæ 40.
Non egeat nostro ut sceptriger auxilio.
Prouidus & sapiens adeò est qui cuncta creauit,
Qui mare, qui terram stelliferumq; polum:
Vt sua nec minui poterit diuina uoluntas,
Nè ue hominum augeri possit ab ore magis.
Omnia dispensans moderatur, & omnia nosci, 32. dist. erube-
scant.

Cordaq; scrutatur: hunc latet atq; nihil.
Omnia disponit sollerter, legeq; certa
Singula constituit, præterit huncq; nihil.
Seu Deus ergo tonat, niuibus seu spargit harenam,
Seu uibret forti fulmina dira manu:
Seu ros æthereum mittit, siue astra serena,
Effundit nimbos seu Deus horrisonos:

Sapientiæ 1. *Non homini fas est diuina lacescere iura,*
Iactare & contra uerba maligna Deum.

Psal. 103. Omnia disposuit sapienter maximus hic, quem
Sapientiæ 11. & 12. Corripis incassum stulte proteruę Deum.
Eccles. 23. Vindictam quæris scelerum, pœnamq; malorum,
Cum temerè irrumpis, uisq; docere Deum.
Murmura non fas est, crepitantia uerba, susurros
Aduersus summum præcipitare Deum.

Numeri 14. Iosuæ 9. 1 Corinthi. 10. *Israel interijt totiens sic murmure turba:*
Stultorum hoc cecidit pars quoq; magna modo.

Qui alios iudicat.

Se iustum quicunq; putat uitaq; probatum,
Iudicat atq; alios homines, censetq; nocentes,
Nec contemplatur semet: capit ille ruinam,
Sit licet in casu, cunctos notat ipse cadentes.

Iudicare alios.

Nolite iudicare, ut non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, & trabē in oculis tuis non uides? Tollere festucam qui uis de fratris oculo, Quæ tua conturbat lumina, tolle trabem. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in ipso quod condemnet.

Stulti



Stulticiæ uitio metuenda pericula multi
Incurrunt, mortis exitiumq́ graue:
Quos spes uana trahit uitæ, faustæq́ salutis
Prosperitas, quæ mox fluminis instar abit.
Se putat esse bonum se iustum seq́ potentem,
Magnanimum & nullum posse subire malum:
Non metuit mortem, quoniam spe ductus inani,
Floccifacit post se quicquid in orbe manet.
Quicquid delirant alij, mox carpit iniquo
Dente Theonino, nec sua facta uidet.
Sed fatuus quiuis spem pectore seruat inerti,
Qua sperat sese uiuere posse diu.
Si uidet, alterius mortem uitæq́ ruinam
Affore, non meminit se propè posse mori.
Mox causam fingit citiùs cur raptus, aitq́
Non aliàs ualidus nec bene sanus erat:
Quin tristis, nigro & suffusus sanguine, plenus

Matth. 7. Lucæ 6. glo. 1. c. ea quæ. de sta. Reg. 3. q. 7. iudicet. Prouer. 24. & 26. Eccles. 10. Horatius in Ep. Matth. 7. Ad Rom. 2. Eccles. 11. Eccles. 38.

Et scelere atq; dolis improbulus q; fuit.
Propterea omnipotens excelsi rector Olympi,
Fecerat hunc subita morte perire uirum.
Post mortem fatuus sceleratus iudicat illum,
Forsitan ætherei quem fouet aula poli:

Sapientiæ 3. *Inter cœlestes sua qui solatia ciues,*
Nectare & ambrosia fors bene pastus habet.

Eccles. 21. *Iudicat alterius mortem qui compede strictus*
Est scelerum, & uitijs membra ligata tenet:

Eccles. 7. *Nec metuit pœnam nec; mortis tempora, quæ mox*
Obseruans Lachesis, stamina fessa secat.

Seneca. *Terminus incertus lethi est, incerta dies q;, &*
Apocal. 18. *Hora: uolant tacita tristia fata pede.*
Vir bonus & iustus falsò quando q; putatur
Esse malus. nosci pectora sola Deus.

2. q. 7. Iudi. cet. *Iudicat alterius uitam quicunq;, probatum,*
Sincerum & iustum condecet esse uirum.

De pluralitate beneficiorum.

Quisquis cupit possidere plura beneficia,
Multa solus obtinere possit ac officia:
Plus imponit hic asello quàm portare poterit.
Mortem saccorum misello multitudo parturit.

Beneficiorum pluralitas.

Ambitio quorundam in tantũ processit, ut non duos uel tres, sed plures ecclesias habere studeant, cum uix uni possint debitam prouisionem impendere, cum eamẽ multitudo præbendarum canonibus sit inimica: & ualde iniustum & iniquum est, ut multi esuriant fortè meliores, & unus ebrius, fortè nullus in uerbo, & pessimus in exemplo abundet.

Sunt,

Sunt, quibus est animus beneficia plura tenere,
Et sacrum manibus contaminare bonum:
Nec satis illa ualent uigili curare labore,
Susceptum nec onus præficere arte queunt.
Qui saccos asino plures imponere tentat,
Morte fatigatum destruit ille pecus.
Et quem sola quidem posset præbenda fouere,
Illius ad uitam quæ satis usq; foret:
Hunc sed amor nummi, funesta pecunia, cogit
Absq; modo & numero congerere ulterius.
Qui cupit assiduo beneficia plura tenere,
Copia nec rerum quem satiare potest:
Vsque adeo cæcatus erit pressusq; tenebris,
Nesciat ut curas connumerare suas.
Hunc nocturna quies numquam solabitur ulla:
Semper hiat, nullo limite uita iacet.
Saccum hic circumfert in quo non fundus habetur,

de preben. quia in tantum. & c. de multa. De cle. non resi. quia nonnulli. 1. ad Cor. 11. Eccles. 34.

c. auaritiæ. de præben.

47. dist. sicut.

Sed

Sed ieiuna fames atq; cupido uorax
At magis indignum est, asini, indocti, imq; periti
Quòd magis hæc faciunt, cuncta tenere uolunt:
Ecclesiæq; bonis nulla uirtute fruuntur,
16.q.1.c.ult. *Atq; Deum uana relligione colunt.*
23.q.8. conue nior. *Hæc bona pauperibus largiri cœlica debent:*
Vsibus at prauis sic cumulata ruunt.
Dicite pontifices quid uos beneficia multa
Confertis stultis? qui ratione carent?
An quia iumentis q; asinis q; imponere fas est
Cunctorum ut saccos atq; onera usq; ferant?
Quin etiam peius: contenti munere nullo,
Conducunt census, mutua lucra locant:
Actum.8. *Hos nec apud satis est Hiesy cum Symone tutus*
1.q.1. Petrus. *Mangones licitant, uendita rursus emunt.*
&.c.qui stud. *Iures quisq; igitur præbendas possidet ille*
4.Regum.5. *Extremam expectet cum Ioue tartareo.*

De eo qui exceptiones quærit ad excusandum se.

Qui cantum corui, Cras cras imitatur, & usq;
Cras canit haud animo fata caduca notans:
Semper aget fatuum, nam confidentia stulta hæc
Dicitur: illusit spes ea sæpe suos.

Differens benefacere.

Non tardes conuerti ad Dominũ, & ne differas de die in diem. Subitò enim uenit ira illius: & in tempore ultionis disperdam te. Hodie est, & cras morietur: fœnum quod hodie est, cras in clibanum mittetur. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra.

Cui

Cui Deus omnipotens de cœlo numina mittit, Eccles.5.
Illius & mentem lustrat, quo certius inde Psal.94.
Omne nefas purget, uitæ & delicta peractæ Ad Hebr.3.
Emendet, scelerumq; graues eluminet actus: Lucæ 12.
Sit licet hic positus uitiorum in flumine magno,
Sentiat & molem, qua mens agitatur iniquam,
Et spacium uitæ quo rectè uiuere posset:
Attamen hic crocitat corui de more canendo,
Cras cras in melius uitam mutabimus, aut cras.
Hinc stolidum, insanum & stultum dicimus omnem, Eccles.5.
Qui se uicturum cras asserit, atq; fatetur:
Cum tamen in foribus mors assidet omnibus horis.
Sera nimis uita est, quæ fertur crastina: qui scis Prouer.27.
An te fata sinant tam longo uiuere cursu? Quidius.
Cras minus aptus eris hodie bene uiuere debes:
Et purgare caput, quod cum sudore grauatum, Esaiæ 56.

Ponde,

Pondera peccati gestat curasq; minaces.
Ad mala ueloci uolitamus cum pede semper,
Iacobi 4. *Atq; hodie facimus ea nec differre putamus*
Longius: adq; nephas præsens nos mancipat horæ,
Et festinamus semper ceruice parata
Illa tamen nobis possunt quæ ferre salutem,
Spernimus: insanos sic nos dementia turbat.
Si forte immineat scelerum confessio nobis,
Diffugimus, rauci repetentes murmura corui.
Et duo cras, aut plus, fatuo ructamus ab ore,
Eccles. 10. *Implacata tamen, si mors irrepserit, ut te*
Matth. 6. Luc. 12. *Auferat, atq; animam sub Tartara nigra remittat:*
Tunc uelles fecisse bonum, potuisse nequibis:
Tunc tua sera nimis uox & querimonia, Cras cras.
Esaiæ 22. *Stulte quid exigui te temporis, oro, uoluptas*
1. Corinth. 15. *Detinet? illa ruunt & fluminis instar abibunt.*
Prouer. 3. *Incipe cœlestes hodie perquirere sedes,*
Crastina præcipitet ne te cunctatio uana.

De custodia mulierum.

Custodit pulices fatuus sub sole calenti,
In puteum undantem ex flumine, portat aquam,
Qui gerit uxoris curam metuitq; pudoris:
Quæ sibi ni custos fuerit, custodia uana est.

Obseruare mulieres.

Si spiritus zelotypiæ concitauerit uirum contra uxorem quæ nihil polluta est, uel falsa suspicione appetitur, relinquat Deo facti huius iudicium. Ille lauat lateres, qui custodit mulierem. Facilius est ardenti sub sole obseruare pulices, quam inuitam custodire mulierem.

Studior,

Stultior, atq; magis furioso insanus Oreste est,
Spiritus & uexat hunc malè zelotypus:
Qui gerit uxoris curam, & custodiam inanem
Noctes atq; dies, solicitusq; tremit.
Angorem frustra tollerat, frustraq; labores
Suscipis: incassum te tua cura necat.
Pone feras cohibe gressus mulieris, & omnes
Saltus, & uigil hic latret ubiq; canis:
Cõserat & fortis præclusas pessulus ædes,
Custodes habeat & domos alta suos:
Quis tamen interea semper custodiet ipsos
Custodes, uxor si uolet esse procax?
Fœmina, producit quam non natura pudicam,
Rarò fit, ut seruet uincula casta thori.
Fœmina sed quæ uult tenerum seruare pudorem,
Et thalami pignus coniugiq; fidem:
Vincîri debet nulla compagine ferri,

Adde ferã, eo
hibe: sed quis
custodiet i-
psos Custo-
des, cauta
erit, ab illis
incipit uxor.
Iuuenalis
6. sati.
Eccles. 7.
Numeri 5.
Eccles. 19.
Iuuenalis.
Prouer. 30.

Eccles. 25.

Prouer. 12.

Nec structura grauis hostia casta premat.

Danae. Ouidius 4. Meta.

Non turris, Danaes potuit seruare pudorem,
Aut sit stupro dona pudicitiæ.
Iuppiter auricomum flagrans conuersus in imbrem,
Virginis in gremium fluxit: adulter erat.

Penelope. Homerus in Odyssea. Ouidius in epist. hero.

Libera Penelope fuerat per tempora multa,
Absenti retinens membra pudica uiro.
Circa illam quamuis uolitaret turba procorum,
Infracto mansit sed tamen illa thoro.

In uetitum plerunq; nefas custodia pellit
Vxores, uetiti damna pudoris olent.

Eccles. 26. Seneca in Declam.

Fœmina iucundos mores uitam'q; probatam
Induat, ut famam comparet inde sibi:
Et cœtus hominum fugiat, uetulas'q; procaces:
Et fugiat uafri murmura blanda proci.

Helena. Ouidius in epist. heroi.

Si non legisset Helene reserpta dolos'q
Idæi Paridis, non malè rapta foret.

De adulterio.

Est fatuus, qui scit uigilanti stertere naso,
Et faciem digitis contegere usq; suis:
Vxorem'q; suam subigi permittit & audit
Illecebras, ridet subdola catta iocos.

Lenocinij fatuitas.

Patronus est turpitudinis qui crimen celat uxoris. Qui patitur uxorem suam delinquere, matrimonium'q; suum contemnit, quiq; contaminationem non indignatur, pœna adulterij conflictur, doctus spectare lacunar: Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso.



Res miſeranda quidem & cenſura digna Catonis, Senec. de I-
Quòd uult coniugij nemo tenere fidem. ra.
Nullus adulterij legem, aut pia iura ueretur: Valer. lib. 4.
Iulia lex dormit pœna uetuſta ſilet. Prouer. 22.
Non mulier, nec uir ſacrati fœdera fulcri Iacobi 1.
Conſeruare ſolent: mœchus ubiq; iacet. Eccleſ. 30.
Multis digna quidem res & laudanda uidetur, Iuuenalis 6.
Alterius lectum concutere, atq; thorum. ſat.
Nec pudor ullus adeſt, nemo enſem aut ſaxa ueretur: Leuit. 20.
Iudicium parcit, pœna remiſſa iacet. Deuter. 22.
Heu uetus in mœchos tua lex, tua Iulia dormit, ff. ad l. Iul. de
Cæſar ab Elyſijs fontibus, oro, ueni: adul.
Turpius id'q; magis: ſunt qui ſpectare lacunar Iuuenalis.
Docti, ut per thalamum cautus adulter eat.
Apponunt digitos oculis uigilantibus, atq;
Permittunt ſubigi pignora chara thori.
Vxoris ne ſcelus audes ſpectare pudendum, c. quemad. de iu. iu.

Prouer.18. *Cognita nec culpas probra, marite tacesc.*

Atreus. *Expulit à regno fratrem Pelopeius Atreus,*

Seneca in Thy. *Fœdasset proprij quòd sibi iura thori:*

ff. de adul. l. iiupor. *Atq; duos natos maclauit fumere mœsto,*

Lucretia. *Quo luerant mœchi crimina fœda patris*

32.q.5. Lucretia. *Ingens clamor erat quando Lucretia passa est*

Stuprum, à lasciuo contaminata uiro.

Tarquinius expulsus. *Collatinus enim coniunx rumore leuato*

Clodius. *Tarpeia regem pellit ab urbe malum.*

Clodius in cunctis dominatur gentibus, cheu,

Clodius impunè tractat adulterium.

Heu mala dira parit putidæ mœchatio mentis,

C. de adul. *Prosiliunt iræ, mortis & exitium*

Graccus. *O uos mortales concordi uiuite nexu:*

Fœdera quid thalami sic uiolare iuuat?

Sit uenerandæ fides uxoris, sitq; mariti:

Prouer.6. *Mutua sint semper gaudia paxq; frequens.*

Semper fatuus.

Est qui contendit se prudentem usq; putari,

Cum sapiat penitus nil (mihi credè) boni:

Non discit mores, non est uirtutis amator,

Sed manet infelix anser, ut antè fuit.

Stultitia gaudium stultorum.

Vir prudens dirigit gressus suos. Cœlum non animum mutant, qui per mare currunt. Sapientior sibi stultus uidetur septem utris loquentibus sententias.

Qui

Qui bona multa uidet, præclaras perlegit artes,
Audit & egregium quicquid in orbe uiget.
Virtutis monumenta ſacræ moreſq; politos
Conſpicit, & ſtudij flumina amœna uidet.
Gymnaſium, ludos celebres, ſpectacula mundi
Luſtrat, & arrectus per loca multa uolat:
Nil tamen addiſcit: neq; enim hæc monumenta uetuſtas
Proſunt, ut melior fiat & utilior.
Quicquid habet rerum alterius collecta ſupellex,
Aedibus id ſemper gliſcit adeſſe ſuis.
Hoc deſiderio ſtultiſſima uota notantur,
Res ſemper fatuis ex nouitate placent.
Ad gentes currunt uarias, populoſq; peragrant
Ignotos, luſtrant quicquid in orbe iacet.
Ne quid in externis maneat regionibus uſquam
Intactum, peregrè ſtultus ubiq; uolat.
Ad Patauii muros, ad celſæ mœnia Romæ,

Prouer. 15. & 26. Horatius in Epi.

Seneca, peregrinatio nõ facit medicum, & nulla ars diſcitur loco.

Eccleſ. 29.

Prouer. 26. Lucæ 15.

Ad Solymas currunt Assyrios{que} lares:
Curritur ad Libyen, penetrant Memphitica regna:
Pyramides lustrant: Attica regna uident.
Attamen apportant sapientiæ præmia nulla,
Non specimen morum, non decus ingenij
Horatius in Epist. *Cœlum non animum mutant qui trans mare currunt:*
Stulti discedunt, mox fatui redeunt.
Possumus hos mores inter cœnacula nostra
Discere: si imprudens uis fore, siste pedem.
In patrijs laribus tam stultas carpimus artes,
Non aliena opus est perquirere inde loca.
Plato. de quo Hiero. in prologo Bibl. *Quin animo exculto diuinum imitare Platonem,*
Vt saperet doctos quæsijt ille uiros:
Nec sine doctrina Graias concesit ad oras,
Quo tandem ingenuas concumularet opes.
Ad Hebr. 13. *Quisquis ab æde sua patria uolat improbus anser,*
Ille domum rediens, anser ut antè, manet.

De iracundia ex leui causa.

Assiduis flagris tardum qui pungit asellum,
Sæpius ad longas corruit auriculas.
Ira breuis furor est, nil indignatio prodest:
Sinceræ mentis est inimica minax.

Irasci sine causa.

Vince iras animum{que} tuum, qui cætera uincis.
Impedit ira animum, ne possit cernere uerum. Iratus nil nisi criminis loquitur. Debet homo lentum uehemens equitare iumentum.

Hie

Hic fatuus semper pigrum conscendit asellum, 32. q. 7.
Turbida quem motu concitat ira graui. Sapien. 13.
Latrat & exclamat circum se more canino, Ad Rom. 2.
Nec uerbum placidum toruus ab ore uomit. Hier. 29.
Rancidulo semper ructatur in ore canina Persius.
Littera, nec motus mitigat ille suos: Prouer. 20.
Gaudet & à populo metui sua facta furoris Prouer. 17.
Plena mali, mentis conscius ille nihil.
Dicitur à cunctis, Furiosum cernite stultum:
Et sibi de fatuo hoc quilibet abstineat.
Nam putat ille quidem stultos non antea uisos,
Auriculas asini solus habere cupit. Persius.
Ira necat sensus: premit indignatio mentem: Prouer. 11.
Præcipitem inuertit illa uel illa uirum.
Archytas Sophiæ iccirco spectabilis auctor, Archytas.
Ille Tarentina natus in urbe procul:
Peccanti seruo, turbatus mente, pepercit,

Plato.
Atq; iræ stimulos sic moderatus erat.
Sic Plato, sic alij motus sedare solebant,

Socrates.
Socratici & plures doctiloquiq; uiri.

Prouer.30. Eccles.19.
Nempe furor ratione caret, præcordia frangit,
Debilitat sensus ira seuera nimis.

11.q.3.ira. 5.q.2. relatũ. & c.seruetur.
Hos contra motus certa innitamur habena.
Et frenum, atq; suum sentiat ira modum.

Prouer.22. & 17.
Non sapientis erit tristari, aut corde dolere:
Passio prudentis pectora nulla premit.
Est sapiens semper, tranquillus mente quieta.

Prouer.12.
Ira trahit fatuos insipidosq; uiros.
Tempore cuncta quidem sapiens moderatur in omni,
Addit & in cunctis rebus ubiq; modum.

Eccles.7.
Sed fatuus nullo penitus moderamine ductus,
Stulticiam effundit semper ubiq; suam.
Ergo præcipites asinum conscendite stulti,
Quo celeres fatuos bestia tarda uehat.

De fortunæ mutabilitate.

Quem rota fortunæ cupida spe continet, atq;
Voluit in excelso sors sibi fausta gradu:
Ille etiam metuat lapsus quandoq; nocentes,
Perpetuo nescit sors residere loco.

——Tolluntur in altum, Vt lapsu graviore ruant. Nemo confidat nimium secundis. Nemo desperet meliora lapsis. Miscet hæc illis prohibetq; Clotho Stare fortunam: rotat omne fatum. Nemo tam diues habuit faucntes, Crastinum ut posset sibi polliceri.

Complures fatuos, latum fortuna per orbem — Eccles.10.
Efficit. instabili uoluit eos q; rota. — 1.Mach.2.
ortunam multi sitibundo pectore uersant, — Prouer.14.
Et loca continuò scandere celsa petunt: — Senec. in Her.Fur.
Inquirunt q; gradum, qui sit sibi uiribus impar, — Claudianus. de pe.dist.3.
Nec lapsum fati pectora stulta uident. — quid ergo in gl.
Nil adeò excelsum est, quod non trepidare ruinam — Prouer.17.
Debeat: ad mortem cuncta creata ruunt.
Omnia quæ terris nunc sunt innata, senescunt: — Horatius.
Labitur & quicquid terra beata dedit.
Quis fuit in tanta mortalis sorte locatus, — Seneca in H.Fur.
Crastina promittat tempora ut ille sibi?
Aut se uicturum fortuna semper eadem
Spondeat? instabili uoluitur illa gradu.
Nam Lachesis duri semper prænuncia fati — Martialis.
Non tibi permittit ducere fila diu.
Atropos haud nostris mulcetur turbida uotis.

Vt nobis longos præstet in orbe dies.
Ad casum subitum plures funesta potestas
Allicit, ut letho tunc grauiore ruant.

Iulius Cæsar. *Iulius immenso dominator Cæsar in orbe,*
Dum nimium sortis numina blanda colit,
In medio sensit mortalia fata senatu:
Hunc fortuna nihil iuuit ab exitio.

Tullius in Off. *Semper habet trepidos inuisa potentia gressus,*
Eccles. 10. *Inuisus multis imperiosus homo est.*
Delicias raras præbet metuenda potestas,
In ceruice sua tristia damna gerit.

Sapientiæ 7. *Quem metuunt multi, multos metuisse necesse est.*
Eccles. 21. *Odit quem metuit, perdere plebs & studet.*
Imperiosus homo nullo palpatur amore,
Nec populi hunc plausus, nec bona fama colit.
Ergo mobilibus non sic confidite sceptris:
Nam rota uertetur, cum Deus ipse uolet.

De ægrotante inobediente.

Aegrotus si quis morbos in corpore tristes
Sentit, & urgetur anxietate graui,
Præstita nec medici sequitur documenta periti:
Si cadit, ex merito damna doloris habet.

Patiens impatiens.

Si opus medicantis expectas, uulnus detegas oportet. Non est in medico semper, releuetur ut æger: Principijs obsta, sero medicina paratur, Cùm mala per longas conualuere moras.

Qui

Qui iacet in mœsto ægrotans angore perito
Nec medico parct, consiliumq; fugit.
Nec tenet impositam seruata lege dixtam,
Conualidus fieri qua mediante queat:
Pro uino nunc gustat aquam, nunc cætera sumit
Pocula, consultrix quæ medicina uetat.
Quærit & assiduè rigido contraria morbo
Esculenta sibi temperat atq; nihil,
Donec ad tumulum feretro portatur operto,
In cinerem rediens, ceu fuit antè cinis.
Qui citò sanari à morbo conaris amaro,
Principijs obsta, deteriora caue.
Scintilla in flammas crescit quandoq; molestas,
Riuus & exiguus flumina magna facit.
Principium morbi modicum, capit incrementum
Paulatim, salubris ni medicina uetet.
Qui ualidus cupit esse citò, sua uulnera planè

glo. 1. c. ad aures. de æta. & qua. or. Eccles 10. & 38.
Boetius.
Iuuenalis.
Persius.
Eccles. 37.

Eccles. 18.
Ouidius de Remed. ame.

Eccles. 11.

Demon-

Boetius de Con. philo.
Demonstret medico, pellat ut inde luem.
Non sine luctifero sanari membra dolore
Possunt: ne renuas ferre doloris onus.

Eccles. 38.
Nil quoq; mentiri medico debemus in ipso
Morbo: non medici, sed tua uita perit.
Quiq; sacerdoti referens peccata peracta:
Mentitur: uitam decipit ille suam.
Qui medicum quærit sua nec documenta reseruat
Expers consiliq; est: & ratione caret.
Consilium uetulæ potius sectamur, & herbas
Quas in Thessalico littore saga coquit.
Infami digito frontem hæc & pectora lustrat:
Istius interitum falsa medela parit.

1. Thimo. 4.
Qui uetulis credis malesanis: credit anilj
Consilio: lœthi fata seuera subit.
Moralem sensum nostro si carmine sumes:
In uitijs ægrum te mora nulla premet.

De nimium apertis consultationibus.

Quisquis fortè palàm mentis concepta reuelat,
Ante oculos uolucrum retia tensa locat:
Admonet hic omnes, cautelam præbet apertam,
Quo facilè à laqueo quisq; cauere queat.

Apertè insidias ponere.

Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.
Quæ nimis apparent retia, uitat auis.

Quis.

uisquis aues forsan contendit carpere plures,
Retia q; ante illas tendit aperta nimis,
es funes pedicas, laqueos q; plagas q; recondit:
Is facit, ut sua mox retia uitet auis.
ui semper manibus, duris uerbis q; minatur
Publicitus, nullum uerberat ille canem.
tantum mentis qui uerbis pandit apertis,
Consilium retegens omnibus atq; palam.
e tali stulto poterit sibi quisq; cauere,
Creditur hic toto corpore posse nihil.
t puto prudentem & sapere hunc, secreta reuelat
Qui nulli, intantum comprimit usq; suum.
lus agit mentis sinceræ arcana, nec illi
Pandere uult animo si qua agitare uelit.
æcipuè in rebus, quæ spectant fortè salutem
Corporis, aut regni, grande aliquod uel opus.
lluntur plures à delatoribus ipsis,

Æsopus in Apo.
Prouer. 1.
Ouidius de Rem. amo. glo. in cle. pastoralis. de reiu.
Prouer. 10.

Prouer. 18. & 20.

Horatius. in Episto.

Consi

Consilium domini qui sibi scire uolunt.
Illecebris palpant, ut sic arcana rescisc̃ant:
Prouer. 11. *Qui noua scire cupit, dicere & illa uolet.*
Est sapiens certa, mentis qui condere uotum
Consiliúmq; potest, nilq; referre palàm
Quattuor esse solent res, quæ se tempore nullo
Occultare queunt nec tacita esse uolunt:
Eccles. 8. Matth. 5. *Consilium fatui: structa urbs in uertice montis:*
Actus amatoris: stramen & in crepida.
Ouidius. *Occultam seruare potest rem pauper, inopsq;,*
Iuuenalis. *Diuitis ast semper longius acta uolant.*
Virgilius. 4. Aen. *Et mala fama palàm concrescit ubiq; uolando,*
Et domus interdum damna pudoris habet.
Tu caueas sapiens si fors cupis esse catusq;,
Ne pandas animum consilium ue tuum:
Seneca. Cato. *Nec seruis famulisq; tuis confidito in illis:*
Sed tacitus mentis condito facta tuæ.

Fatuorum damno sapientes nos fieri conuenit.

Stultorum lapsum miserum subitamq; ruinam
Qui videt, astutus nec sibi deinde cauet.
Est stultus, cæco nec recto tramite pergens,
Et fatui barbam mulcet ubiq; manu.

Alienis periculis fieri sapientem.

Attende in illis, ne forte cadas. Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Casus demētis correctio ille sapientis.

Cerni-

Cernimus assiduos casus, lapsusq; frequentes
Stultorum, & risus cernimus inde graues.
Videntur passim fatui, luduntur in omni
Tempore: nil sapiunt, nil quoq; scire uolunt.
Sunt & contempti multum à prudentibus ipsis,
Qui cappam in fatuis frontibus usq; gerunt.
Accusat stultum stultus, conuitia iactant
Impia: sed gressus stringit uterq; pares,
Errat & assiduè nec uult curare ruinam,
Complures fatui qua cecidere prius.
Vtile exempla trahunt stultos, lapsusq; molesti:
Semper ad interitum quid bone stulte ruis?
Admoneant saltem fatuos exempla malorum,
Discant alterius uiuere ritè malo.
Exprobrat cæcum cæcus, uisuq; carentem:
Attamen in foueam sæpius ambo cadunt.

Prouer. 4. & 15.
Ioan. 15.
Eccles. 25.
Eccles. 10.
Ieremiæ 6. & 7.
Eccles. 1.
Matth. 15.
Lucæ 6.

Incusat

Aesopus in apo. Incusat cancrum cancer retrorsum abeuntem:
Ecclesi. 3. & 41. Ibat directam nec tamen ipse uiam.
Qui matris non uult documenta sequi, ille nocere
Imperium ioleret obsequiumq; graue.
Qui patris nunquam sequitur praecepta salutis,
Difficilem ingreditur saepius ille uiam.
Phaeton. Tullius 3. Off. Si Phaeton quondam consulta salubria patris
Audisset, currus non petiisset iners:
Ouidius 2. Met. Non Iouis aethereum sensisset fulmen & ignes,
Nec lacerum corpus uoluerat Eridanus.
Icarus. Ouid. 8. Meta. Icarus ingenui patris non iussa sequutus
Altius euolitans nomina fecit aquis.
Prouer. 15. & 23. Hi duo imberbi tristes cecidere iuuentae:
Nam uoluit neuter iussa paterna sequi.
Eccles. 11. Corruere insanum fatuum qui cernit & audit,
Exemplum capiat effugiatq; malum.
Aesopus. Horatius. In Epist. Cauta fuit uulpes nolens intrare cauernam,
Viderat ut nullam uestra redire feram.

Nil curare detractiones hominum.

Non campana sonat quae malleoli atq; bacilli est
Expers, sit uulpis insita cauda licet.
Iccirco stultum est omnes curare loquelas,
Cum surda possis effugere aure sonum.

Nil curare detractiones hominum.

Cum recte uiuas, non cures uerba malorum.
Arbitrij nostri non est quid quisq; loquatur. Multum farris habet qui cunctis obstruit ora.

Quis-



Quisquis in hoc mundo tranquilla uiuere mente Psal.108.
Gliscit, & in requie ducere secla bona: Prouer.24.
Non curet uoces populi, famamq; malignam, Sapientiæ 1.
Nec curet linguæ sibila rauca malæ.
Qui cupit in mundo sese exaltare superbo: Ad philip. 2.
Et stabilis magnum scandere ritè gradum, Prouer.14. & 18.
Est opus ut curas toleret quandoq; molestas,
Multa oculis uideat non bene grata suis.
At sunt qui firmo tentoria rure locarunt:
Mundum spernentes, orbis & illecebras. Ad Hebr.11.
Nil modò securum, nil tutum, nilq; uidemus
Tranquillum in mundo, nulla & ubiq; fides:
Multi urbes & opes, populos, cœtusq; prophanos
Fugerunt: tutus ut foret inde status.
Qui statuit iustam semper traducere uitam, Ioan.15.
Et mores sanctos & benefacta sequi: Sapien.11.
Non curat quid mundus agat: tacitátue querelas

Attendat: iustis nil mala lingua nocet.

Satyri. Prophetæ. *Si uates satyri quondam, sanctiq; prophetæ*
Pensassent hominum murmura læthifera:
Nec monumenta bonæ monstrassent uera salutis:
Psal.72. *Hic famam, hic meritum perderet atq; decus*
Sapien.6. *Nullus in orbe quidem uiuit tam sanctus, ut omni*
Nunc fatuo placeat qui probitate caret.
Eccles.8. *Qui cunctis posset recte seruire, beatus*
Is foret: & seruus nobilitate bonus.
Eccles.37. *Noctes atq; dies opus est confringere somnos,*
Qui cunctis iamiam rite placere uolet:
Quis farre, aut digitis stultorum claudere rictus
Iam poterit? loquimur: pœnitet inde citò.
1.Corinth.3. *Nil aliud mundus didicit, nisi uana profari*
Verba, quibus iustos contaminare solet.
Eccles.2. *Nil sapiens curet uani ludibria mundi:*
Proper.15. *Attendatq; nihil quod uaga turba ferat.*
Eccles.7.

De subsannatoribus & calumniatoribus.

Stulti qui lapides iactant & saxa retorquent:
Hos fugiat, sapiens qui uolet esse, procul.
Nam trahit à uitio fatuos correctio nulla.
Nil discunt moris, nil probitatis habent.

Abstrahere à bono.

Abominantur iusti uirum impium: & abominantur impij eos qui recta sunt in uia. Sapientia custodiuit illum ab inimicis & à seductoribus tutauit illum: uidebunt finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus.

O' fa-

O fatui excordes nostram ad properate palæstram: Ecclesi.22.
Incipiam uerum iamq; docere bonum. Prouer.25. & 29.
Vos sacræ legis, patrum & documenta docebo, Sapien.10.
Quæ monstrant rectum prosperitatis iter,
Atq; uiam pandunt, prudentum calle politam.
Quare agitè & pedibus currite quæso citis:
Discite quid uirtus, quid sit prudentia rerum: Prouer.6.
Et fatui tandem desinite esse meri. Baruch 3.
Virtutes ornant homines, prudentia uestit Ad Titum 3.
Munditijs: sapiunt pectora stulta nihil: Sapien.6.
Sed modò risores fatuos sannasq; proteruas Eccles.10.
Corrigimus, strigili hos scalpere nempe iuuat.
Sunt fatui qui nunc rident documenta Sophiæ: Iob 12.
In q; bonos cunctos probra pudenda uomunt. Prouer.14.
Aduertunt q; nihil, bona si quando q; docentur:
Quin cuncta irrident mox documenta palàm.
Increpat hinc stultum qui uerbis, aut corrigit ore, Prouer.9.

Eccles.19. *Inpingit sannam sæpe met inde sibi.*
Corrige prudentem, qui tempore discit in omni:
Festinatq; oris uerba tenere tui.
Si cadit in iustos homines correctio iusta:
Prouer.25. *Præceptum accipiunt, cum pietate bonum.*
Iniustus præceptores diffamat & odit:
Sæpe repercussus in sua tela ruens.
Prouer.19. *Crede mihi sanns qui alios, risuq; lacescunt*
Nasuto: tandem præmia digna ferent.
Iuuenalis 3.q 7. qui si. re. *Loripedem rectus derideat Aethiopem albus:*
Est sine qui uitijs rideat ille malos.
Nabal. *Stulte Nabal lucres sannas, toruosq; cachynnos:*
1. Reg.25. 4.Reg.2. *Ni regem iratum flecteret Abigayl.*
Quid pueros memorem qui uati illudere sancto
Dum certant? ursis mordicus intereunt.
A grege stultorum caueat sibi quisq; malignos:
Qui saxis iustos, innocuosq; petunt.

Contemptus æternorum gaudiorum.

Quòd malè delicias duntaxat temporis huius
Cogito, nec celeres pensito abire dies:
Et regni æterni quòd gaudia sperno beata:
Causa est: me genuit Simea stulta, parens.

Transitoria præferre æternis.

Mendaces filij hominum in stateris. ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum. Quid prodest homini si mundum uniuersum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patietur? Aut quam dabit homo commutationē pro anima sua?

Occure

Occurrit fatuæ rursus mihi turba cohortis: Eccles.14.
Quæ requiem satyræ non sinit esse meæ. Psal.
Stultus enim certè est, animo iactare superbo Mar.8.
Qui solet, & nimium uerba pudenda loqui: Matth.16.
Ecce ait ô superum nitidi quoq; rector Olympi: Sapien.4.
Nil opto sedis regna beata tuæ, Ad Rom.2.
Sed saltem liceat: multis mihi uiuere lustris, Amos.
Orbis & extremum cernere posse diem. Eccles.2.
At non laudato, rectæ uirtutis, amore 1. Ioan. 2.
Tam longas æui poscit habere uices:
Sed magis exoptat, queat ut conuiuere lautè,
Cum socijs paribus, delitijs'q; frui:
Nec timet inferni fumantia tartara Ditis, Luce 6.
Non Acherontæos post sua fata lacus.
O fatue insignis nil uani gaudia mundi Proverb. 14.
Mellis habent: illis copia fellis inest. Tullius de se-
Quid, rogo, delicias tanti, quid gaudia uana nectute.

Stulte facis: pereunt quæ citò, more niuis?
Iob 18. *Gaudia (crede mihi) terrarum felle replentur,*
Nec manet in cunctis perpetuata quies
Prouer. 19. *Quo fit, ut infamis, lasciua & spurca uoluptas*
Quem trahit, & fastus orbis & illecebræ:
Hic fatuus, mundi curas gustabit acerbas:
Iob 6. *Et mortis rapidum sentiet esse diem*
Transibit mundus: transibunt gaudia mundi,
Eccles. 3. *Transibit pariter quicquid in orbe uiret.*
Sapien. 2. & 5. *Cernimus & tales hominum sine fine ruinas:*
Iacobi 1. *Cernimus occasus: cernimus exitia.*
Lucæ 12. *Rectorem cœli tandem spectabimus omnes:*
Apocal. 14. & 20. *Hic ad lætitias, alter ad interitum.*
Se cupit à summo qui segregare Tonante:
Lætitiæ, & longos optat habere dies:
Cimmerijs tenebris est obcæcatior ille,
Pro uano linquens cælica regna luto.

Tumultus & confabulatio in ecclesia.

Accipitrem gestans per religiosa deorum
Templa: & quem sequitur sedula turba canum:
Deuotos homines, & debita uota moratur.
Et cuculum manibus palpat ubiq; suis.

Dehonestare ecclesias.

In sacro sanctis ecclesijs, cum pace & quiete uota competit celebrari. decet enim domum Domini sanctitudo. Cessent in illo consilia, contentiones, parlamenta: cessent uana & multo fortius fœda & prophana colloquia. Et postremò quæcunq; diuinum possunt turbare officium, aut oculos diuinæ maiestatis offendere, &c.

Sunt

Sunt quos latratu, strepitu clamore susurris
Non pudeat sacras contaminare domos,
Dum canit officium, dum debita sacra sacerdos
Tractat, & extendit uota precesq; Deo.
Dum fluit ad populum diuinæ concio legis,
Ecclesiæq; pium pangitur officium:
ngreditur fatuus quem rostris calceus urget,
Stat simul in manibus nisus, & accipiter:
Siue uelis cuculus magno clangore uagatur
Per sanctas ædes, sacrificosq; focos.
atrantesq; canes, ululatu & cuncta replentes
Ductitat: in strepitu turba benigna silet.
am clangunt nolæ: resonat latratus ad auras:
Nunc pedibus pulsant, nunc manibusq; strepent.
Nulla quies penes hos, fastu pompaq; furentes:
Non propter Christum, Lazarus artat eos.
Tractantur causæ, rerum commercia, quæstus,

De immu. eccles. c. decet. lib. 6. l. denunciamus. C. de his qui ad ecc. confu.

Prouer. 5. Treno. 1.

Ioan. 12.

Contractus omnes, officiumq́ fori
Conspicit hic oculis matronas, ille puellas:
Hic aliud tractat quod probitate caret.
Quidam etiam strepitus sua per calopodia stulti
Concrepitant turpes, impediuntq́ bonum.
Stulticiam quid enim querimur? solitosq́ furores?
Quos semel insipiens condere nemo cupit:
Cùm tamen exemplum Christus, Deus ipse reliquit.
Nullus ut in templum turpia facta ferat:
Sed precibus supplex, deuoto & pectore Patrem
Aeternum oraret, cœlicolûmq́ choros.
Expulit & ferulis tractantes fœnera mercis:
Cum locus in templo sit sacer usq́ Deo.
Qui si de templis homines pulsare prophanos
Nunc uolet, atq́ ædes euacuare malis:
Pauci quandoquidem sacrata in gente manerent:
Thura decent superos: uerba prophana nihil.

In autent. ut. sic. ma. & a- nie in fi. col. 8.

Joan. 2.

Eccles. 21. Iohelis 2. Psal. 1. Marci 11. Lucæ 19.

Bernhardus.

De proteruo ac spontaneo periculo.

Qui cadit in flammas & dira pericula quærit
Sponte sua, in puteum prosilit atq́ libens:
Exitium meritò patitur: si mergitur undis:
Vritur aut flammis: dignus enim interitu.

De proteruo ac spontaneo periculo.

Qui amat periculum in illo peribit. Sit phas liceatq́ perire malignis, si inuitum qui seruat, idem facit occidenti. Qui scis an prudens huc se deiecerit? an ne seruari nolit?

Est

ſi fatuus qui ſæpe Deum ſuperoſq; precatur,
Et ſupplex manibus cum pedibusq; rogat: Eccleſ.1.
e putat & proferre preces ex corde benignas: Matth.7.
Clamando aſsiduè: me Deus alme iuua: Lucæ 4.
t mea ſtulti ciam ſolitam modò pectora linquant:
Et ſapere incipiant Iupiter alme iuua.
ttamen hic cappam ſtultorum ſemper anhelans Iuuenalis.
Induit: ingratas nam putat eſſe preces: Perſius.
Quòd non mox uoti compos Deus inſuper illum
Audierit: quia non cuncta petita dedit.
t fatuus plerumq; rogat, ſuperoſq; precatur, Matth.20.
Et neſcit ſtulto quid ſibi corde roget: Marci 10.
puteum qui ſponte cadit, tentatq; periclum, Ad Rom.8. Horatius.
Seq; in fonte tamen mergier uſq; timet:
clamat, uoceſq; graues emittit in undis.
Clamat io diues iam date præſidium?
ullus erit: reſtes, aut apportare rudentes

Qui uelit: hic merita morte, lucq; cadit.

Empedocles. *Stulticia Empedocles simili cæcatus & excors:*
Corporis exitium sponte, necemq; tulit.
Aetnæos quoniam præceps collapsus in ignes:
Stulticiæ ut faceret morte sua indicium.
Quisquis eum ardenti fatuum extraxisset ab Aetna
Hic uitam inuito stultior ipse daret,
Nempe adeò cæcatus erat, rationis & expers:
Tentasset rursus impia fata quidem.

Prouer. 28. Eccles. 3. & 37. *Sic facit ille: Deum rogitans noctesq; diesq;*
Debeat in cœlum ut se trahere usq; Deus:
Esaiæ 1. Luc. 20. *Detq; sibi semper uiuacia munera, detq;*
Fortunam ualidam, det bona magna sibi.
Qui rogat & nescit supremum rite precari
Rectorem, uentos sufflat in ore leues.
Quem tenet intutus status, & damnosa uoluptas,
Si ruit, ex merito iusta pericla ferat.

De uia felicitatis & futura peccatorum pœna.

Multi stulticiæ currum, rhedamq;, bigasq;
Viuentes uitijs criminibusq; trahunt.
Cumq; sua reputant tales nece abire labores:
Quadrijugas retrahent post sua fata rotas.

De uia felicitatis.

Sapientia callidi est intelligere uiam suam: & prudentia stultorum errans. Est uia quæ uidetur homini iusta, nouissima autem eius deducunt ad mortem. uir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Nescierunt nec intellexerunt: in tenebris ambulant.

Non



Non sinit ipse Deus fatuum quemcunq; prophanum — Prouer.14.
Scire super terram quænam miracula fecit, — Psal.81.& 91.
Quotidieq; facit: quapropter pars perit ingens — Sapien.13.
Stultorum, moritur terreno in corpore semper.
Qui moritur uitijs hac in tellure malignis, — Prouer.5.
Cogitur extremos alibi tolerare dolores. — Eccles.2.
Nosse Deum qui non uult hic, & discere leges, — Eccles.2.
Quas Pater omnipotens tribuit mortalibus ægris:
Quasq; super cunctos statuit, iussitq; teneri — Eccles.12.&
In terra: cunctisq; dedit, bene uiuere, normam. — 40.
In mundo quemcunq; trahit malesana uoluptas: — Trenò.4.
Iniustaq; suæ consumit tempora uitæ:
Is trahit hic currus, molem, curasq; molestas:
Cogitur æternas post mortem soluere pœnas: — Sapien.19.
Perpetuo & tractu cogetur plaustra mouere. — Virg.6. Aen.
Ne modò stulte uiam quæras quæ ducit ad orcum, — Seneca.

Et

Et Phlegetontæos fluctus cæcasq; tenebras,
Hæc uia plana quidem est, pedibus calcata frequentem
Matth. 7. *Est aditu facilis, multum penetrabilis, atq;*
Innumeros fatuis calles hæc semita monstrat:
Prouer. 2. & 4. *Plana quidem & trita est (fatuos quia facta per omnes)*
Hæc habet assiduos motus, gressusq; frequentes.
Virgilius. *Noctes atq; dies patet hæc, nullumq; refutat*
Eccles. 32. *Qui cupit ad fatuos cursim properare furentes.*
Luc. 13. *Fœlicitatis iter quod cœlum tendit in altum:*
Et quod prudentes recipit, solosq; beatos,
Est nimis angustum, patulo nec calle patescit,
Nec tritum a multis: quoniam (quæ maxima turba est)
Sapien. 18. *Gens mala uitat iter, iustis sanctisq; paratum*
Psal. 6. *Mentibus: iniustus non has calcabit harenas.*
Virtutem posuit Deus ut sudore paretur:
Prouer. 4. & 15. *Asti pauci tentant fœlices figere gressus*
Ad bona supremi regni, nitidamq; cateruam.
Ezech. 7. *Inde est quòd multos orcus capit, æthraq; paucos,*

Praua maiorum exempla.

Cùm pater & genitrix ollas, pariterq; matellas
Collidunt: pueri cacabos confringere discent.
Fiunt æquales nati genitoribus illic:
Sunt ubi non casti signa & monumenta pudoris.

Mala exempla parentum.

Virga atq; correctio tribuit sapientiam: puer autē qui dimittitur uoluntati suæ, confundit matrem suam. Maxima debet puero reuerentia, si quid Turpe paras, ne tu pueri contempsetis annos. Sed peccaturo obsistat tibi filius infans. Si damnosa senem iuuat alea: ludas & hæres. Insequitur leuiter filia matris ſter.

Grano

Grandæui properate senes fatuiq; parentes
In uos nam satyræ torqueo tela meæ:
Ludetis prauos coram matre atq; puellis
Effari mores, ridiculumq; nefas:
Nunc Veneris nugas, nunc uos dictatis amorem;
Et natis teneris ad mala signa datis.
Non pudor in uerbis, non est reuerentia uitæ:
Non decus aut specimen, ingenuus ue nitor:
Non pueri mores discunt: non fœmina seruat
Signa pudicitiæ. turpia cuncta sonant.
Fœmina de fatuo carpit mala signa marito.
Sectatur proles moribus ipsa patrem.
Non docuit genitor fatuus bene uiuere natum:
Iure igitur natus moribus alter erit.
Sunt lusores patres: pueri atq; nepotes
Rebus in his prauis se similare solent.
Vita etenim ueterum dicunt prouerbia; Prauo

Prouer. 29.
Iuuenalis.
Valer. lib. 2. c. 1.
Sapien. 3.
Eccles. 41.
Eccles. 4.
Eccles. 10.
Prouer. 19. & 29.
Iuuenalis.
glo. in l. quod si nolit. ff. de ed. edic.

Sæpe

glo.in c.fi.de con.dis.5. *Sæpe solet similis filius esse patri.*
Ludere phas monachi reputant sibi, quando reponit
Abbas taxillos: alea iacta placet.
O mores miseros: ô tempora plena furoris,
Plenáq; stultitiæ. num Deus usq; feret?
Se similem patri natus, se filia matri
Reddit: ad exitium semina prima fluunt.
Non lupus ullus ouem genuit, non Tygride sæua,
Aut uitula, aut agnus nascier usq; potest:
Aesopus in apol. *More patris cancer retrò serpitq;, meatq;:*
Sectantur pueri sic mala signa patrum.
Eccles.7. *Quin & morigeros possunt generare parentes*
Filiolos, qui sunt morigeri atq; boni.
Diogenes. *Cynicus ut puerum temulentum uiderat, inquit,*
Fili, te genuit ebrius ecce pater.
Eccles.17. Prouer.22. *Aedibus iccirco propriis. sic uiuat honestè*
Quisquis, ne pueris dogmata praua ferat.

De uoluptate corporali.

Simplicitate rudes, ad se lasciua uoluptas
Allicit interdum: more ouium q; necat.
Quosdam etiam firmo, thaurinos detinet, unco.
Ast alios uolucri fune fugáq; ligat.

Voluptatis incommoda.

Mulier ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas: irretiuit eum multis sermonibus: Statim eam sequitur quasi bos ductus ad lanienam & quasi ignis lasciuiens & ignorans. uelut si auis festinet ad laqueum: & nescit quod de periculo animæ illius agitur.

Acqui-

Aequiparat ſeſe meretrici blanda uoluptas: Prouer.7.
Quæ compta in platea ſedet & nudata mamillas, Iuuenalis.
Et redimita comas ſpurcum mercatur amorem: Eccleſ.9.
Pellicit & molles ad ſe, blaudumq; cubile
Mox referat, uilem ſumens de crimine mercem Ezech.16.
Et rogat ut quiſquis ſecum luctetur, iniquis Micheæ 1.
Delicijs, pariter falſo oblectetur amore. Prouer.7.
Illius in q; ſinum nullo moderamine ſtulti
Proſiliunt: ueluti bos uinctus tranſit, & agnus Eccleſ.19.
Ad lanij cultrum: iugulumq; exponit ad ictus.
Accipe ſtulte precor quam ſit fugienda uoluptas:
Hæc animam damnat, Stygijs & mergit in undis: Hiere.48.
Hæc ſenſus lacerat, confundit ſemina mentis,
Contaminatq; malo præcordia recta ſapore.
Parua uoluptatis quamuis ſint gaudia: longa, Prouer.5.
Pœna tamen ſequitur, miſero permixta dolore
Eſſine delicias mundi ſectarier uſq; : Eccleſ.2. Lucæ 8.

Non

Non durant fugiunt mox, & mutantur in horas.
Prouer. 8. & 11. *Quisquis in hoc forsan contemnit gaudia mundo*
Eccles. 1. *Vana uoluptatis, nec sese in mergit in illas:*
Ille sapit uerè & post mortem gaudia cœli,
Ambrosiam'q; sacram gustabit lege perenni.
Sardanapalus. Infit. lib. 1. *Sardanapalus enim spreto uirtutis honore,*
Solâ uoluptatis celebrabat sacra focis'q;,
Corporis illecebras spurcum: & libabat amorem:
Censuit esse quidem explendum præsentibus ipsum
Deliciis animum: quoniam post fata uoluptas
Nulla foret: Stygij est hæc nam sententia Ditis.
Micheæ 6. *At Pater omnipotens hunc fato sustulit atro:*
Tartareis'q; animam tandem damnauit in undis.
Deliciæ mundi, quas promit praua uoluptas,
Prouer 23. *Sunt procul à nobis pulsandæ: dira uenena*
Eccles. 5. *Ex ipsis manant & fellis copia magna:*
Eccles. 25. *Has igitur fugiat sapiens, & honesta sequatur.*

Arcana esse recondenda.

Qui non in tacito poterit secreta tenere
Pectore: & occultum condere corde suum:
Est fatuus, nesci't'q; suam compescere mentem:
Tristiciam incurrit sæpius inde grauem.

Secreta tacenda.

Quæ silere me uis: primum ipse sileas. Secretum mentis nunquam tu pande maritæ. In secreto cubiculi tui non maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt uocem tuam. & qui habent pennas annunciabunt sententiam. Amico & inimico noli narrare sensum tuum: & si est tibi deliciæ noli denudare.

Qui

Qui secreta suæ non uult abscondere mentis:
Vxoriq; suæ uel cunctis gentibus offert,
Quid uelit, & statuat, uel quid conceperit ipsa
Mente: merus fatuus docto reputatur ab omni. Senec. de moribus.
Sampson qui quondam fuerat fortissimus heros:
Non oculis orbaretur, nec crine sacrato: Iudicum 14. & 16.
Secretum mentis si non rescisset amica.
Amphiareus uates dum fata futura timebat
Iugurij, latuit, Thebanáq; prœlia fugit: Statius in Theba.
Proditur at tandem proprio de conjugis ore.
Historiæ recinunt ueteres, & dogmata prisca: Eccles. 10.
Quòd mulier nusquam secreti sit bona custos. Eccles. 19.
Matronis igitur cælemus pectora semper.
Qui sua non nouit commissa arcana tacere:
Quiq; ad cuncta suum pendit secreta labellum: Horatius in epi.
Tali caueat sapiens sibi quisq;, catusq;.
Percunctatorem hunc fugias, quia garrulus ipse est.

Prouer.28. *De rebus magnis, est qui se iactitat usq;.*
Et quod res cunctæ sibi sint in amore secundæ.
Rimari si quis uellet tum uerba dolosq;:
Rebus in his cunctis mendacem offenderet ipsum,
Ex qua stulticia sapiens intelligit omnis:
Quòd scabrum foueat cuculum, manibusq; remulceo.

Senec. *Condita si mentis cupias arcana manere:*
Fac mihi ne dicas, quod uix abscondere possim:
Occultumq; tuum secreto in pectore cæles:
Haud alijs pandas, sed sis taciturnus ubiq;.

3.Reg.21. *Si non uxori Iezabel prompsisset Achab rex*
Verba suæ mentis Naboth non morte periret.

Prouer.25. *Qui gestant in corde suo secreta cati sint:*
Et caueant alijs temere, ut non talia pandant:
Sic mage securi, semper tutiq; manebunt.
Dixit enim quondam sancta de gente propheta:

Esaiæ 24. *Secretum mentis mihimet seruare studebo.*

Vxorem ducere propter opes.

Diuitias propter solas non prolis amore,
Vxorem ducens, coniugium ue petens:
Hic patitur meritò lites, & iurgia, rixas:
Et pacem, & perdit commoda connubij.

Nubere propter diuitias.

Imperat ergo uiro. Intolerabilius nihil est quàm fœmina diues. Domus & diuitiæ dantur à parentibus: à domino autem propriè uxor prudens. Tecta ingiter perstillantia litigiosa mulier. Si uerum inquiras, faccus non uxor amatur.

Arui-

Aruinam multi quærunt sub podice aselli: Iuuenalis.
Et cumulant trullas: stercora uana petunt: 1. ad Cor. 7.
Vxorem ducunt uetulam dum turpiter Eglen: Prouer. 19.
Quòd nummos habeat, diuitiasq; leues.
Nulla quies illum recreat, pax nulla fouebit: Iuuenalis.
Semper habet rixas, litigiumq; frequens: Prouer. 19.
Nulla uoluptatis spectabunt ocia talem:
Magnarum allexit quem male saccus opum.
Nullaq; speratur proles, dilectio nulla: Prouer. 5. in fi.
Vnam pacificam uix aget ille diem.
Quin sibi continuò saccus transuerberet aures: Prouer. 9.
Quem propter stultus factus, inersq; fuit: Eccles. 19.
Rarò hos fortunæ facies comitatur amica:
Qui nummis nubunt, non sibi non pueris.
Ducitur in thalamum funesta pecunia sola:
Propter opes trahimus grandia aratra thori.
Iustitia & doctrina nihil curatur: honestas

Nulla: sed ad censum pectora stulta ruunt.

Iuuenalis. Prouer.7. Eccles.10. *Nam socer in primis: quid enim gener(inquid,in ære*
Posstidet,aut nummis iuggera quanta tenet?
Nec patris aut proaui probitas,uirtus,uel honestas
Quæritur: an uulgi semine prodierit?

Iuuenalis. *Protinus ad nummos: de moribus ultima fiet*
Quæstio: sic fient nunquam in amore pares.

Prouer.21. *Inde fit,ut multis deserta habitare seorsum*
Plus leue sit talis quàm iuga ferre thori.

Prouer.25. Eccles.25. *Namq; loquax mulier uerbosa, corpus adurit:*
Atq; animam & uires,membraq; cuncta terit:
Propter opes teneram uendit quicunq; iuuentam:
Mercatur lites & sine fine dolos:
Huic nihil est fidei: nihil & probitatis ad omne
(Spes modò sit nummi) transeat ille nephas:
O male prudentes,qui tam connubia sæua
Eccles.12. *Quæritis,& seruum tenditis esse pecus.*

De liuore & inuidia.

Inuidiæ telum lato torquetur in orbe:
Et status in terris hac sine nullus erit.
Odia dira uolant magni per climata mundi:
Nec dum Nythardi semen abiuit atrox.

Inuidiæ proprium.

Qui cui inuidet,nihil est illo nequius, & hæc reddita est malitiæ illius.nequã est oculus liuidi.Inuidus alterius rebus marcescit optimis. Ne comedas cũ homine inuido, & ne desideres cibos eius:quoniam in similitudinem arioli & coniectoris æstimat quod ignoras.Comede & bibe dicit tibi,& mens eius non est tecum.

Liuor

iuor edax, fatuos multos, animosq; malignos
oncitat, & stultos pungit sine fine proteruos:
Iascitur inuidiæ telum, quod liuida corda
arcurit, & multos nusquam sinit esse quietos.
uceris inuidia, quòd ego te possideo plus:
ut mihi sunt plures nummi: seu maior aceruus
erum: uel mihi quod plures redduntur honores.
es petis atq; meum quod nullo iure teneres:
el quia fastidis nostrum & contemnis amorem.
æthale est adeò uulnus liuoris acerbi:
nequeat penitus sanari, aut ritè mederi,
st ea proprietas liuoris semper edacis:
sibi constituit quenquam mordere, quietem
ullam agitat donec facinus perfecerit illud:
on somnus, non ulla quies, non ulla uoluptas
adeò dulcis, seu delectabilis usquam:
posit cordis procul extirpare dolores,

Eccles. 14.
Horatius. in epist. 46. dif. eleri. cus.

Salustius.
Prouer. 28.
Cicero.
Eccles. 14.

Ouidius 2. Meth.

Prouer. 25.

Descriptio Inuidiæ ex Ouidio.

Pallentes ideo fauces, pallentiáq; ora
Semper habet liuor macies in corpore toto
Glauca sedet, uisus toruus, squallentiáq; ora
Scintillant: rabidus nec plenis liuor ocellis
Suspicit in quenquam, furibundo pectore torpet.

Ioseph gen. 37.

Cuius præcipuum tibi fert exemplar Ioseph.
Quem nunquam intuiti sunt rectо lumine fratres:
Rarò etiam inuidia nisi mersis flumine ridet
Nauibus: aut si fors perit, ingens copia rerum.

Eccles. 48.

Verùm continuò rodat licet inuida corda,

Alanus.

Inuidia: ex proprio sentit sua damna dolore.
Nec quicquam nisi se ualet ardens Aethna cremare.

Lucanus.

Maior & inuidia est fraternis cordibus orta.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Genes. 4.

Hoc Abel atq; Chayn: hoc Atreus atq; Thyestes

Statius in The.

Etheocles cum fratre suo: plureśq; docebunt.

1. Petri 2.

Inuidiam iccirco fugias sapienśq; bonuśq.

De impatientia correctionis.

Tibia cui fatuo, tantum solatia præbet,
Nec curat citharam, plectra & amœna lyræ:
Hic properè ascendat stultorum (posco) carinam:
Et remos celeri concitet ille manu.

Non uelle corrigi.

In auribus insipientium ne loqueris, quia despicient doctrinam eloquii tui. Musica in luctu, importuna narratio. Cum dormiente loquitur, qui enarrat stulto sapientiam. Non patitur stultus sua uerba aut facta reprendi.

Stulticiæ



Stulticiæ infaustæ certissima signa uidentur Prouer.23.
In fatuo, qui non uerbis auscultat amicis: Eccles.22.
Nam stolidæ illius tanta est correctio mentis,
Audire ut nequeat sapientes digna loquentes.
Cum tamen & prudens, bona quæ sunt iugiter audit: Prouerb.1. & 16.
Et sapere ut possit, sapientes semper honorat:
Suscipit & sequitur, sua quo sapientia crescat.
Fistula sed fatuo solatia dulcia præbet:
Nec curat citharæ somitus, nec barbitos illum Prouer.10. Eccles.15.
Oblectat fidibus non delectatur amænis.
Nil magis usq; placet fatuo, nil dulce uidetur:
Quàm baculus crispus, quàm rustica fistula stulto. Prouer.14. & 26.
Nec sinit ut quisquam sibi dogmata sana ministret:
Nec patitur quenquam qui corrigit, aut monet ipsum.
Inde fit ut magnum fatuorum crescat, & ingens
Agmen ubiq; nimis. Quid sis precor improbe stulte Sapien. 7.16 & 15.
Disce: hominem te scis mortalem, scisq; caducum.

Ad Rom.6. *De cœno terræ genitum de stercore factum:*
Ex cinere & terra limo cœnoq; lutoq;
Compositum at sensus tribuit natura scientes:
Eccles.25. Psal. 118. *Et data clara quidem ratio est, animalia bruta*
Qua nobis cedunt: sed tu præcordia stulta
Qui geris, acceptæ rationis munera rumpis.
Quid tua te nimium iactat funesta potestas?
Quid te nobilitas? facies? quid culta iuuentus?
Quid te diuitiæ molles? quid corporis artus
Extollunt? tibi quæ damnum & nocumenta ministrant.
Eccles.3.& 17. Tul.in parad. *Est sapiens solus, locupletior omnibus: idem*
Fortior & cunctis: hunc audi, illumq; sequaris.
Eccles.7. Iob 2. *Est melius prudens si durè corripiat te:*
Iob 28. *Quòd si te fatuus mulcenti arrideat ore.*
Psal.18. *Quandoquidem hic fœlix homo, quisquis corde pauorem*
Prouer.1.& 8. Matth 11.& 21. *Semper habet pœnas semper meditatur acerbas.*
Atq; Dei suffert primis iuga dulcia ab annis.

De fatuis medicis & empericis.

Artem qui medicam tremulis molitur in ægris:
Nec tamen indocta scit medicare manu.
Arte carens, uires naturæ nescit, & herbas:
Ludius & fatuus, ridiculusq; manet.

Medicus indoctus.

Licet medico euentus mortalitatis imputari non debet, eius tamen imperitia annumeratur culpæ si seruum malè secuerit aut perperam ei medicamentum dederit. Solis igitur medicis impunè hominem occidisse phas est. A medico indocto: à cibo bis coctq; & praua muliere, libera nos Domine.

Hic

ic etiam noſtrum poterit conſcendere currum,
Et modò ſtultigeræ carbaſa ferre ratis:
ſitat empericus quiſquis morbo ue grauatum: aut
Morte laborantem quem uidet atq; notat:
q; ait: expecta donec documenta librorum
Inſpiciam, quò te ritè iuuare queam.
um q; domum medicus redit, & concepta libelli
Scrutatur: mortis hunc uera fata premunt.
q; animam expirat, ſoluuntur corporis artus:
Sera nimis medici ſtulta medela fuit.
tuntur plures artem tractare medendi:
Et quorum penitus pectora nil ſapiunt:
on uoluunt libros aut quas Podalyrius artes
Inuenit: Meſues nec documenta legunt:
on Auicenna docet medicos tam dogmata uana:
Nec tales medicos, docte Galene foues:
d ſua in herbarum diſcunt medicamina libro:

Inſtit. de le. ae qui. Imperi. tia. ff. de re. iu. imperitia. 19. diſt. c. ſi.

Seneca de clementia ad Nero.
Eccleſ. 10. & 43.
Prouer. 6.

Eccleſ. 38.
Io. an. de ſen. ex. c. 1. lib. 6.

Sapien.12. *Multa superstitio: dogmata falsa patent,*
Et uetulæ prauam præstant medicaminis usum,
Quas sequitur passim sedula turba tamen.

glo.in c. fi. ap.dis. *Profitentur enim cunctos sanare dolores:*
Per q̃ horas cunctas per loca, per q̃ dies.
Et sua quod puero atq; seni collyria prosint:
Quòd matrem iuuit prosit idem q̃ seni

Seneca. *Non opus est causas rerum atq; elementa tueri:*
Naturæ uires hæc medicina premit.
Et morbos uarios una dissoluit in herba:
Qualem fortè sibi Thessala saga dedit.

Cuculus Chirurgicus. *O cucule emplastro quis te docet, aut alabastro*
Ex uno cunctis posse præesse malis?

Sapien.1. *Est medicus, ueluti indoctus solet esse patronus*
Consulius, qui non scit dare consilium.
Aut te non medicum dicas aut disce mederi:
Aut si uis medicus, sis fatuus q̃ simul.

De sæcularis potentiæ exitu.

Non fuit in terris unquam tam magna potestas,
Tempore quæ fragili non quoq; difflueret.
Cuncta rapit lœthum: mors ultima linea rerum est.
Res hominum nulla conditione manent.

Potentatus sæculi finis.

Cunctis diebus suis impius superbit: & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Multi tyranni sederunt in throno: & insuspicabilis portauit diadema. Multi potentes oppressi sunt ualidè & glorioſi traditi sunt in manus alterorum.

O tar-

O tardos animo fatuos, quos magna potestas
Eleuat & nimium qui munera uana sequuntur:
Tanquam perpetuis uita hæc sit firma columnis:
Nec moribunda quidem capiat per tempora finem.
Magnanimus Cæsar qui sub iuga Romulum traxit
Marte sat indomito spacioſi climata mundi:
Et tenuit sceptrum regni, faces q; superbos
Tolus, & incepit ciues torquere potentes:
Tempore sed modico tam sæua potentia mansit:
Horrenda cecidit tandem cum morte necatus.
Sceptra q; Persarum Darius tulit: optima regna &:
Sed non contentus proprijs externa cupiuit
Imperia: hinc proprium perdit regnum & diadema.
Ipse etiam Xerxes regum ditissimus olim,
Dum cupit externas bello populari er oras:
Attica regna adiens: amisit castra, uiros q:
Atq; rates pariter turritas mersit in undis,

Iob 15. Eccles. 9. & 29. Iuuenalis in satyra Omnibus in terris. Eccles. 11. Cæsar Iulius.

Darius Rex Persarum. 1. Mach. 1.

Xerxes, de quo Iuuenalis & Herodotus lib. 7.

Nabuchodonosor. Dan. 3. *Et Nabuchodonosor sceptro Babylona gubernans,*
Fortunæ nimium dum fidit, tentat honores
Diuinos præstare sibi sed summa potestas
In speciem bruti regem mutauit inanem.

Alexãder M. Iuuenalis. *Magnus Alexander cui uix sufficerat orbis*
Immensus, Graijs primus dominator in oris:
Non secum ad Stygiam sua uexit regna paludem.

Cyrus. Herodotus & Iustinus lib. 1. *Quid Cyrum refero? lambens in morte cruorem*
Sanguinis ipse sui. Sic transit gloria mundi.

Crœsus. Herodotus lib. 1. *Crœsus quandoquidem regnis, opibus uel opimis,*
Non contentus erat tamen hunc fortuna fefellit,
Euertitq; suum regnum atq; potentia sceptra.

Eccles. 10. *Omnia regna cadunt: ruit & mundana potestas:*

Eccles. 49. Iob 3. Apocal. 18. *Exemplum dat Roma potens, Carthago, Mycænæ*
Et Solymæ, atq; Tyros & Græcia tota subibit
Mox Latium. pereunt quia nam mortalia cunctis

Sapien. 7. *Quæ facimus: cunctis exitus unus erit.*

De prædestinatione.

Qui precium poscit quod non meruisse uidetur:
Atq; super fragilem ponit sua brachia cannam:
Illius, in dorso cancrorum, semita stabit:
Deuolet inq; suum rictum satis assa columbq.

Præscientia Dei.

Elegit nos in ipso ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius, in caritate qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum. Omnes quidem præsciti, pauci uerò ad uitam prædestinati. Nouit Deus qui sunt eius: ex his nemo seducitur.

Scire

ire nefas homini quæ ſit Diuina uoluntas,
quid ue Deus ſtatuat, quis finis, quæ ſibi merces:
ec fatui quærunt quibus eſt nimis anxia cura
oſſe, quod à ſuperis decernitur, atq; probatur.
æcipuè iccirco fatuos hoc carmine uerſo,
naui qui ſunt, qui uix elementa ſacrarum
ſtârunt legums docti tamen atq; geriti
è uolunt, libroſq; reuoluunt more ſiniſtro:
ponunt falſo, quod ſanxit Diua uoluntas,
bitrioq; ſuo Scripturam & dogmata ſacra,
q; reluctantem conantur uertere ſenſum.
di igitur fatuos qui ſæuo errore trahuntur,
daceſq; uolunt Superûm depromere mentem.
di quæ referant ſtulta & petulantia uerba:
Deus æternam requiem ſedemq; bonorum
æſcripſit cuiquam, nihil eſt quod uertere poſſit
t mutare, ſibi ſtatuit quod Diua poteſtas.

Ad Epheſ. 1. de pe. diſ. 4. c. benedictus. 2. Thimo. 2.

Ad Rom. 1. Prouer. 26.

Hiero. in prologo Bibl.

Greg. in dia. 23. q. 4. obtineri.

Sed

Ioan.6. *Sed Deus ad pœnas si quem præscripsit Auerni:*
Tartareis tenebris si quem damnauit & umbris:
Hunc nihil eripiet tanquam Deus optimus auctor
24.q.3.Nabu chodonosor. *Omnipotens non sit, non iustus, non metuendus.*
Sapien.10. *Dat precium nulli nisi qui meruisse uidetur.*
Prouer.24. *Pro meritis reddi, debentur præmia iustis:*
Eccles.12. *Iniustos pœnas dignum est perferre minaces.*
Qui Domino seruit sincero pectore, leges
Matth.16. *Et fidei obseruat precium & uotum q capescet.*
Ad Rom.2. *Desine stulte precor superum confringere fatum.*
Apocal.22. *Nos Deus omnipotens ad gaudia magna creauit:*
Omnibus & nobis cœlorum regna parauit.
Non uult quod nigri subeamus tartara Ditis:
At propria ruimus culpa superosq negamus.
Reddere qui iustis animis pia gaudia possunt.
Esaiæ 45. *Desine stulte loqui: petulans compesce labellum.*
Ad Rom.9. *An Figulo cacabus dicet: Cur urceus haud sum?*
Sic placet artifici, bene qui bona cuncta parauit.

De obliuione sui ipsius.

Qui uolet alterius subitas extinguere flammas,
Atq suæ patitur urere tecta domus,
Est fatuus: decet & stultorum fistula talem,
Aduocet ut stolidos ad sua uota uiros.

Neglígere propria.

Agris tuis sitientibus, alieni irrigandi non sunt. Ordinata charitas incipit à se ipsa. Qui sapiens sibi ipsi prodesse nequit, nequicquam sapit. Miserere animæ tuæ placens Deo.

Qui

ui curas hominum tolerat, semperq; laborat
t res alterius peragat fructumq; ministret,
ec curare suas properat res, commoda fructus,
uin sua postponens facta atq; negotia passim
rebus proprijs stultus dormitat, & excors
tentisq; oculis aliena incommoda pensat.
ic legat interea nostri documenta libelli,
ui sua contemnens aliena negotia uersat:
um tamen omnis amor, prima à se exordia sumit,
cipit à seipso: proprio nil gratius usu.
oc docuere Sophi docuitq; Terentius illud:
oc docuit ueteris sanctissima pagina legis.
ui uult alterius res explorare frequenter,
prius inspiciat, sibi consulat, atq; labores
de suos prudens proprios conuertat in usus.
terius iactum lusor qui attendit, & usq;
egligit ille suam, stolidus rationis & expers.

in.l.culpa est. ff.de re iud. & in.c.non est sine culpa.de reg.iu. lib.6. Eccles.30.

de pe.dis.2. qui nult.

Terentius.

l.præses.C. de ser.& aqua.

Cicero in epist.

23.q.7.si placet. *Qui uult flammiuomas undis sedare fauillas*
Prouer.11. & 31. *Alterius tecti, proprioq; in culmine flammas*
Conspicit, atq; suis laribus succurrere differt:
Ille parum sapiens, sua non bene cõmoda curat.
Alterius qui portat onus, sufferťq; labores.
Negligit & proprium: discrimina solus habebit.
29.q.2.dux. 14.dist.quod ait. *Qui causa alterius facit id, quod parturit ipsi*
Contemptum risus, incommoda damna, labores:
Vix nostram effugiet fatuam quin scandet in arcem,
Atq; asinum mambus ducent ludibria tollat.
Prouer.7.& 26. *Quid te stulte iuuat peregrinas uoluere causas?*
Quid' ue alios curas? propriȳ sis tutor honoris.
Prouer.20. *Disce domus propriæ causas, res, commoda, primum*
Quærere, & inde tibi sit cura labor quoq; amici.
Est penitus fatuus qui curat res alienas:
Prouideas domui propriæ, dispone, ministra:
4.Regum 20. *Hoc decet: inde tibi sit proxima cura sodalis.*

De uitio ingratitudinis.

Qui sibi uult fieri officium bonitatis amicum,
Atq; operas promptas appetit alterius,
Est tamen ingratus, nec munera prompta uicissim
Officiȳ præstat: nil probitatis habet.

De ingratis.

Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit: statim ei mercedem restitue. Et merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. Fœcundos decet imitari agros qui multò plus reddunt quàm acceperunt. Omnes sapientes odere ingratos. Ingratitudo exsiccat fontem bonitatis.

Est

Est fatuus qui multa petit semperq; reposcit
Officium alterius, & negat ipse uices.
Qui sibi uult fieri quicquam: debebit honores
Reddere & æquiualens munus amicitiæ.
Qui capiti alterius curas magnosq; labores
Imponit, preciumt conferat ille simul.
Dedecus est ingens, si quis benefacta laboris
Accipit: æquales denegat atq; uices.
Qui cupit ex aliqua lucrum nanciscier arte:
Hoc sibi proponat menteq; constituat,
Eroget impensas nec rebus parcat auaris:
Si saltem laudem poscat habere bonam.
Et si præcipuos acquirere tentat honores:
Munificus, blandus, sit pius, atq; bonus.
Qui bene contentus facto nequit esse labore,
Quem modico precio soluere habere potest:
Non indignetur, sibi sit querimonia nulla:

C. de liber. & eo. li. 1. & 2. 12. q. 2. o & a. Tullius in Off. Ad Collo. 3. Leuit. 19. Tobiæ 4. Eccles. 14. Plautus in Ast.

Prouer. 22.

Sapien. 16. Eccles. 29.

Si labor, & meritum sorte negetur ei.

Eccles. v. Malach. 3. *Qui petit alterius operas beneficia laborem,*
Ingenio q; frui: munera rursus agat.

Verùm à priuatis liceat descendere rebus:
Ingratas urbes commemorare simul.

Camillus. Titus Liu. *Roma quid ingrata quondam impietate Camillum*
Tractasti, pro te qui fera bella tulit?
Tu procul emeritum pepulisti ex urbe Camillum:
Quo duce fregisti Gallica castra tamen.

Solon. Herodotus. *Attica terra ferox pepulisti ingrata Solonem,*
Qui statuit leges & bona iura tibi.
Pro merito ingenti pro iudore atq; labore:
Exilium dederas, Attica terra uiro.

Lycurgus. Iustinus. *Nec taceo ingratos ausus quòd Sparta Lycurgum,*
Latorem legum pellere ab arce tua.

Scipio Afri. Titus Liuius. *Scipio qui fuerat patriæ seruator honestus:*
Ingratam patriam sensit & ille suam.

Sui ipsius complacentia.

Pulmentum fatuis præsens mea decoquit olla:
Adsit stultorum sordida turba precor:
Adsit qui speculo uultum faciem q; frequenter
Inspicit, & semper cui sua facta placent.

Sapientiæ propriæ confidere.

Ne imitaris prudentiæ tuæ. Astutus omnia agit eum consilio, qui autem fatuus est aperit stultitiam. Cùm sua cuiq; placent facta atq; negotia soli. Hinc stultis tota est terra repleta uiris.

Hic

Hic bene pulmentum positu contundit in olla,
Atq; coquit fatuis sua pulmentaria crassis:
Qui se prudentem fors æstimat, atq; decorum,
Cui sua sola placent: & quem uesania ducat,
Vt speculo semper se contempletur inani:
Cum tamen in uitro fatuum quoq; cernat inertem
Quamuis non uideat, capitis quas porrigit aures.
Hic si deberes digitis iurare leuatis,
Cum de formosis sapientibus, atq; peritis
Sermo foret sese cunctis præstare putaret:
Et sibi non similem in spacioso credere orbe:
Iurareq; simul quòd detestatio rerum
In se nulla foret: se pulchrum seq; beatum
Æstimat, atq; homines audet iurare deosq;.
Consulit hoc speculum semperq; & fungitur omni
Tempore: seu somno iaceat lectoq; supinus:
Sive stet erectus, uitro suspensus inhæret.

Prouer. 3. c. ne imitaris. de consti. Ad Rom. 3.

Prouer. 13. & 14.

Eccles. 10. Iob 5. & 18.

Prouer. 31. Ezech. 16. Esaiæ 3.

Othó Imperator speculum semper secũ habuit. Quid speculum memorem Pathici gestamen Othonis,
Quod secum in castris Cæsar gestare solebat,
Quotidie barbam qui rasit glaber ut esset:
Iuuenalis. Vngebatq; etiam cum succo lactis aselli.
Salustius. Officium muliebre quidem est hos fœmina quærit
Ornatus: speculum & pendet de fronte puellæ
Retiolum & mundum, contexta monilia, uestem,
Ordinat: idq; mares hodie comitantur, agunt q:
Vt sibimet placeant sese mulieribus æquant.
Ennius. Nostri etenim iuuenes habitus gestant muliebres:
Tullius 1. Off. Illaq; uirgo uiri: nulla est discretio rerum.
Pygmalion. Ouid. 10. Meta. Pygmalio effigiem fertur de marmore quondam
Fecisse & proprium sibi tam coluisse laborem:
Perditus ut fuerit uecors in marmora uersus.
Narcissus Ouid. 3. Meta. Fonte super uitreo perijt Narcissus amore,
Dum sua forma placet fatuo quam uidit in undis:
Prouer. 13. Stultorum numerus sic creuit, & impia turba.

De choreis & saltationibus.

Qui choreis gaudet aut saltibus immoderatis,
Vt cuculam ducat stultior ipse manu:
Ille Deum offendit, perdit quoq; tempora frustra,
Contrahit inde etiam plurima damna sibi.

Choreæ fatuitas.

Nil placet in tota sapientibus usque chorea,
Quod iuuet, aut prosit, condsceatq; bonos. In circuitu impij ambulant.

Flo

Hos quoq; non sanos fore dicemus, imò furentes.
Qui choream quærunt: quos labor ille iuuat,
Vt currant passim uelut furiosa uagatur
Thyas ubi erectus Thyrsus in arua uocat.
Vt Druydæ saltant pulsantes tympana galli
Vertice in Idæo, cum furor urget eos.
Ceu quondam Salij fœtidos saliere per utres:
Turba, Cybeleios sic agit illa choros.
Quid, rogo, quid fatui plantas in puluere lassas
Efficitis? quæ merx digna labore tamen?
Ast ego dum meditor fatui primordia ludi:
Principij causas commemoro esse malas,
In statua uitulum dæmon cum poneret aureum:
Contemptum faceret impius atq; Deo:
Cum bene potasset populus, persuasit ad illam
Luderet, inq; chorum turba proterua, iubet.
Illecebræ tales pariunt incommoda multa:

Exodi 32. Psal. 11.

Orgia Bacchi.

Druydæ. de quibus Iulius Cæsar in Cõmen. Salii, de quibus Virg. 2. Geor.

Exodi 32.

1. Corin. 10. uide nota glo. in cle. 1. de cel. miss.

in cle. attendẽtes. de sta. rel. de ui. & ho. cl. cum decorem.

Ad uitium præbent semina multa frequens.
Concurrunt illic pomposa superbia, luxus:
Et petulans saltus, & furiosa Venus
Nam Venus imprimis, choreis solatur in illis:
Hanc sequitur pedibus turba petulca citis.

Prouer. 2.

Ludus in orbe quidem est nullus damnosio risto:
Contaminat stimulis pectora casta suis
Ludus & iste quidem non pax, sed pugna uidetur:
Clamando currunt, uociferantq; nimis.
Quis locus immunis quem non uesania talis
Contaminat? templi nix loca tuta manent.
Clerus, & in cappa monachus, puer atq; puella:
Et iuuenes blandi, decrepitiq; senes
In gyrum saltant pedibus, ductantq; choreas:

Virg. 2. Geor. Judith 2.

Atq; incompositis motibus usq; ruunt.
Rusticus in circo teneram cum flectit amicam:
Non sitis hunc tota nocte, die ue premit.

De nocturnis ioculatoribus.

Qui cithara, aut alijs ludis de nocte uagatur:
Ante domum stultæ cantando pulsat amicæ,
A' dulciq; mouet luctantia membra sopore:
Hunc fatuum oblectat, moriatur frigore noctis.

Nocte ludere in plateis.

Quorum sunt in tenebris opera: & dicunt quis uidet nos? & quis nouit nos? Insaniæ plenas uigilias habentes, neq; uitam neq; nuper cras mundas iam custodiunt. Stultus per plateas nocturno tempore currit, Carmen & exclusus flebile cantat amans.

Iam



Iam Satyræ finem posuissem penè ratemq;
Mouissem ad portum celsaq; uela simul;
Sed mihi propositum rapiunt nunc turba cohorsq; Esaiæ 29.
Stultorum, uigili qui modò nocte uolant. Sapien. 14.
Dum mollem capiunt animantia cuncta soporem Iob 34.
Dum requies animis corporibusq; datur:
Ebria turba uias uicos strata atq; plateas Prouer. 3.
Occupat & clamat, stultaq; uerba canit.
Nocturni lemures Stygijs de fontibus orti:
Hos homines turbant Eumenidumq; cohors.
Hi citharas feriunt: hi dulcia barbita tangunt:
Hi fidibus ludunt, Ismariaq; lyra.
Ante domum cantus charæ modulantur amicæ Ouidius in Arte.
Et stantes ululant, cantica stulta canunt: Lucæ 5.
Non abeunt, donec fundatur urina matellis,
In caput, aut donec saxa uel olla uolat.
Quin etiam hæc peragunt hyberno tempore stulti:

Cùm glacie & niuibus candida tecta rigent.

Sapien.17. Ioan.11. *O' malè prudentes, quid uana hæc gaudia noctis*
Delectant? quid uos currere nocte iuuat?
Nec solum iuuenes, humili de plebe creati,
Cantando tacitæ ludrica noctis agunt.
Hoc proceres faciunt, clerus monachi, atq; sacerdos:
Ad ludum hos omnes fistula stulta uocat.
Hic latrat, ille boat, balatum ructitat alter:
Toruius exclamans, plus sibi laudis habet.
Hac etiam in turba reperitur sæpe maritus,
Qui solet in fatuo ducere fune chorum,
Vxoremq; suam uiduo in lodice cubantem
Deserit: & causam dat sibi sæpe mali.

Iuuenalis. *Dum cuculam pascit uir: fœmina sæpe nouellam*
Currucam admittens oua aliena cubat.

Ad Ephes. 4. 1. Thessa. 4. *Vos igitur moneo, facitis qui talia uestras*
Obseruate fores, seu remanete domi.

De mendicis & eorum uanitatibus.

En metui ne me stultæ defectio sectæ
Afficeret, numerus nec satis usq; foret:
Sed mendicorum turbas scrutatus ubiq;,
Inueni paucos (credite) ubiq; bonos.

Mendicantes improbi.

Tot mendicorum cernis fraudesq; dolosq;. Vt meritò hos fatuis grandibus accumulem. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iusticiam negligat quam esurienti panis frangatur. ut iniusticiæ seductus acquiescat.

Inter

Inter mendicos fatuorum est magna caterua,
De quorum ritu nostra Camœna refert.
Se plures nutrire uolunt, natosq́ tenellos:
Hoc studium multis, hæc quoq́ uita placet.
Clericus, & monachus rerum qui seruat aceruum:
Mendici exercet attamen officium.
Paupertatis onus tales plerumq́ queruntur:
Ast opibus pleni, diuitijsq́, rogent.
Vsu opportuno est elemosyna sacra statuta:
Vtq́ inopi solum pauperibusq́ detur.
Hanc dedit Omnipotens homini ut releuamen egeno
Esset: sed tamen hanc plebs uitiosa rapit.
Non Prior in claustro, non abbas presbyter atq́,
Censibus in proprijs cor satiare queunt.
Plus cupiunt saccos capsasq́ inferre per urbes
Mandant, hisq́ domus limina cuncta premunt.
Per plateas currunt mendici, perq́ tabernas:

C. de mendi. uali. lib. 11. 5. q. 5. non omnis. 86. dis. c. pasce glo. super Matth. c. auariciæ de præben. Prouer. 13.

Lucæ 11. Tobiæ 4. & 12. Eccles. 3. Psal. 40.

Danielis 4.

Eccles. 5.

Nullus ab his uacuus nunc locus esse potest.

de pe. & re. c. cum ex eo. *Sunt qui reliquijs sanctorum munera poscunt*
Et quæstum faciunt per loca cuncta suum.
Spirituum uendunt pennas sæpè æthereorum.
Vanáq; nonnunquam corpora & ossa ferunt.

Eccles. 10. Lau. C. de mend. uali. *Sunt alij qui cum ualidi sint corpore & annis:*
Mendicant tamen & crimina grandia agunt.
Fraude sua pueris effringunt membra parentes
Vt morbos ululent uulnera grata fleant:
Et stipem precibus poscant, manibusq; quadrantem.

Vide librum Sultorum in lingua Theu tonicali atus. *Quas fraudes melius Theutonicè scripta notant.*
Mendicant multi iuuenes ualidi atq; potentes.
Causa est, quòd labor his atq; opus omne graue est.
His quia plus placuit alienis uiuere rebus:
Paupertatis & hinc pondera grata gerunt.

4. dist. quia scamus in fi. *Si mendicorum pergam memorare profanos*
Ritus & mores, pagina deficiet.

De fracundis mulieribus.

Sunt plerique mares, asinos equitare frequenter
Qui cuperent, si non fœmina prima foret:
Sed quia precipitem mulier contorquet asellum
Fœmineo hinc generi pareat usq; pecus.

Ira mulebris.

Melierem bonam quis inueniet? procul & de ultimis finibus precium eius. Melius est habitare in terra deserta quàm cum muliere rixosa & iracunda. Cõmorari leoni & draconi placebit plus quàm habitare cum mulere nequam. Breuis omnis malicia super maliciam mulieris. Et non est ira super iram mulieris.

Fœmi-

Fœmineum laudare genus mea carmina uellent
Nunc potius: sed me causa maligna mouet.
Si natura negat, facit indignatio uersum: Prouer. 30.
Fœmina me patitur prava silere nihil. Eccles. 25.
Commendare bonas mulieres semper amabo Prouer. 31.
Sed pravas uersu dilacerare decet.
Ad quod securum facit, & dictare paratum:
Nulla quod hanc satyram fœmina docta leget.
Gracchorum mater leget hos Cornelia nunquam Cornelia.
Versiculos: mulier nulla diserta leget.
Propterea audaci depromam carmina uultu.
Laudabo iustas, dilaniabo malas.
Fœmina quæ Sophiæ iucundo lacte fouetur, Eccles. 15.
Et quam delectat cum probitate decor:
Non facilè ad crimen putidum mores{que} pudendos
Corruit aut tentat dedecus atq; nefas.
Fœmina iusta quidem mulcet plerunq; maritum Eccles. 26.

Virum.

Iratum placat sæuitiamq; uiri.

Rex quondam Assuerus mandauerat ense necandos
Hebræos cunctos & iugulare uiros:
Hester. *Hester sed uerbis placabat pectora regis,*
Iratum blanda mollijt atq; prece

Abigayl. 1. Reg. 25. *Rex pius à Nabal spretus, lenitur ab una*
Eccles. 40. *Abigayl: gladium, continuit'q; manum.*
Prouer. 6. *Consilium dat casta bonum, dat fœmina mores*
Salomon. 3. Reg. 11. *Ingenuos: mala sed non pia uota parit.*
Eccles. 47. *Consilio Salomon mulierum infectus iniquo:*
Prouer. 9. & 25. *Vt coleret falsos, in sua d...nna, deos.*
Eccles. 25. *Lingulaca est mulier, semper profundere uoces,*
Eccles. 42. *Verba dira cupit, & sine fine loqui.*
Ouid. 5. Meta. *Pyeris innumeros pullos eduxerat olim:*
Longiùs emisit semina pica loquax.

Prouer. 2. *Erue diue pater rex cœli & conditor orbis,*
Eccles. 7. *A[illegible]nequam & praua nos muliere precor.*
Eccles. 13. *Est [illegible]is mulierum garrula turba*
Prouerb. 7. *Quæ [illegible]..eritur, eiulat atq; furit.*
Iuuen. 6. Satyr. *Fœmin[illegible]: semper nocturnis litigat horis:*
Eccles. 26. *Et pacem in strato non sinit esse thoro:*
Prouer. 2. & 5. *Murmurat, & tacitos blaesit malesana susurros,*
Atq; molesta uiro litigat illa nimis.

Eccles. 19. & 25. *Fœmina sæpe etenim uersuta est atq; maligna,*
Vt sibimet prudens, imperet usq; uiro:
Nec poterit tolerare boni documenta mariti:
Nec uult pacifici uota tenere uiri.

Eccles. 7. *Sæpe cadit iustus metuenda in damna maritus,*
Vxoris temerè quæ sibi lingua parit.

Amphion. Ouid. 6. Met. *Amphion testis Thebanæ conditor arcis,*
Vxoris Niobes crimina morte luit.

fas usq; loqui foret his: Calphurnia nudum — Calphurnia: l. l.ff. de postu.
Monstraret clunem & posteriora uiris.
ulla adeò in terris animantia, siue creata:
Quantum fœmineum concitat ira genus. — Eccles.25.
emina dum insanit malefido agitata furore,
Sæuitiam superat, dira Lœna, tuam.
uior Hyrcana est hæc fœmina tygride, raptos
Dum catulos sequitur fœmina sæua magis.
emplum præbet nobis irata Medea,
Natos truncaut quæ furibunda suos, — Seneca in Medea.
emplumq; dabit nobis simul impia Progne,
Quæ teneri nati membra necata cõquit. — Progne.
vòd nisi perdoctus Iuuenalis cuncta referret — Ouid. 6. Met.
Crimina, quæ mulier fingere sæpe solet:
llem quandoquidem ritus memorare uetustos
Fœminei generis & recitare dolos.
r mulieris enim, cunctis spinosius herbis, — Eccles.7.
Pelle tumet semper pectora bile dolent,
l manet intactum putido mulieris ab ore: — Eccles.25.
Perturbant mores, fœdera, iura, fidem:
fœdant thalamum sacrum: nec pronuba Iuno — Prouer.9.
Has uetat, in uetitæ crimina legis agunt. — Eccles.46.
da comes nulli mulier uult esse marito:
Grande supercilium fœmina praua gerit.
iacuat loculos nummis, & conterit omnes — Iuuenalis.
Census, atq; domus pensitat acta nihil.
nt tria sollicitant quæ terram, quæ marè quartum — Prouer.30.
Quod nec terra potest nec maria ulla pati:
ruus qui factus dominus, magnusq; patronus:
Tum fatuus toriens ebrius atq; satur:
im furiosa quidem mulier, præcordia cuius

Liuor

Liuor edax semper, iraq; saeua rapit.
Quartum quod superat cuncta haec ancilla superbe,
Haeres quae dominae sit citò facta suae.

Iuuenalis. *At modò de tali cupio muliere silere,*
Praebet quae poclis dira uenena uiro.

Agrippina. Pontia. *Qualis Agrippina, aut uesanae Pontia mentis:*
Quales & satyri pagina docta notat.

Danaides. Clytimnestra. *Bælides occursu terrent modò corda uirorum.*
Saeua Clytimnestra: & foemina quaeq; mala.

Lucretia. *Iungitur in thalamis Lucretia rara maritis:*

Thais. *Thais habet partes perfida in orbe suas.*

Portia Cat. Sabina. *Portia rara hodie contigit iuncta Catoni:*
Nec multis nubit casta Sabina uiris

Prouer. 12. Eccles. 25. & 27. *Fœlix qui poterit mulierem ad uota tenere*
Vsq; sua: & castum continuare thorum.

De potentia fatuitatis.

Stulticia extendit castra & tentoria passim,
Et secum totus militat orbis iners:
Praecipuè stulti, quos magna potentia uectat:
Et qui diuitijs, praesidijsq; ualent.

Potentia fatuitatis.

Omnibus in terris tenet insipientia sceptra. Illius & sequitur regia turba pedes. Rapinas meditatur mens eorum: & fraudes labia eorum loquuntur: Ideireo lapsi in die angustiae minuetur fortitudo eorum, & lucerna impiorum extinguetur.

Cum

ùm tibi nemo ausit prauos ostendere mores Sapien.5.
se scitus qui contendis stultissime diues: Prouer.17. & 24.
inc cæco incedens in tramite turpiùs erras. Eccles.34.
is sapiens cunctis reputari & dicier, horis:
u licet inscitiæ plenos effuderis orsus.
quotiens cùm nemo uelit præponere stultum, Psal.9.
laudat fatuusq; refert Mauortia gesta Prouer.27.
urima: cùm malesana tamen, quæ prodit ab ore eius Eccles.15.
aus proprio: ascribit solus sibi fortia stultus. 22.q.2.pri. Iob 37.
rtunata nimis tellus quæ principe diuo Prouer.20.
rnatur: quem uix superet uel magnus Vlysses. Eccles.10. Sapien.6.
mpora partitur prudens: cum tempore uersat
ngula, non illum nummus, non munera captant:
irtutis cultor sed enim & sua prospera regna.
terræ cuius rex est puer, illius atq; Eccles.5.& 10.
onsulibus tuceta placent, nocturnaq; uina. Prouer.30.
ic etenim imperium regnum quoq; dissipat omne.

Sed

Sapien.11. Eccles.10. *Stultus in arce sedens palpatus munere spurco*
Inuertit leges, confessus, rostra, uirosq:
Alter amicitiam præfert, insontia damnat:
Sancta hinc simplicitas teritur q; cadit q; nefandè.
Sapien.6.& 12. *Æquo deberent libramine iura foueri:*
Daniel.13. *Sed uereor sint pseudo senes quos casta Susannæ*
2.Macha.4. *Allicit: Andronici pro quo perimatur Onyas.*
3.Reg.10. *Vota etiam Benadab fregit dum munera uidit.*
1.Mach.12. *Et Ionatham Triphon per munera missa fefellit:*
Iugurtha. Salust. *Sic Romam quondam tetigit clamando Iugurtha*
Vrbem uenalem cum diceret: & perituram
Munere: si dues emere illam temptet iniquus.
Ouid. de arte. *Munera (crede mihi) placant homines q; deosq:*
Horat. in epis. *Omne genus nummum ueneratur pectora uincit*
Fortia: inaccessum linquit nihil: omnia uastat.
Eccles.10. *Quo sibi concumulet numerum ingentemq; cateruam*
Stulticia, & regnet cuncto & dominetur in orbe.

De cura Astrologiæ.

Est fatuus siquidem, uanusq;, incredulus atq;,
Ex astris cupiens nosse futura poli:
Rusticus & quiuis indoctus certat haberi
Astrologus, fatuas fingit ephimeridas.

Libera fata homini tribuit diuina potestas:
Sydera nil cogunt: sapiens dominabitur astris.

Astrologos etiam decet huc accersere uanos:
Atq; mathematicos, ariolosq; simul.
Huc ades astronome, atq; planetista, augur aruspex
Sortilege, & quisquis sydera sola colis.
Singula facta hominum parua atq; minuta recenses:
Exponis uano sydera iudicio.
Stultorum in numero plures nunc scire futura
Conantur: rebus peruigilantq; malis:
Astrorum cura est illis: & sydera spectant:
Omne quod ostendunt, astra referre uolunt.
Arcanas rerum causas, elementa, planetas,
Spectant: & quicquid lucidus orbis habet.
Errorem hic lunæ uarium, solisq; labores,
Astrorum motus, inspicit atq; uices.
Hic docet immitis quid sydus triste minetur
Saturni: quid Mars significare uelit.
Hic aperit quo læta Venus se proferat astro:

26.q.5. non liceat Christia. & per totũ. & 26.q.7.nõ obseruetis. & c. se. ad Gal.4. 26.q.7.quis existimaret.

26.q.2. ipsos.

Exod.12.

Planetistæ.

Saturnus.
Mars.
Venus.
Mercurius.

Iuppiter.

Atlanti. & nepos, Iupiter atq; pius.
Saturno genitos ad furta & probra recensent:
Quos tamen atq; bonos reddere fata queunt.
Et natos Martis referunt ad tristia bella.
Quos pace interdum cernimus usq; frui.

Ad Titum 2. Ptolemæus.

Iustè age, nec dubita: sapiens dominabitur astris
In manibus summi stant elementa Dei

Ad Rom.11. Eccles.1. Psal. 37.

Iudicium siquidem & mentem uis scire Tonantis
Stulte mathematice ô: te furor unde rapit?
Tu facis, omnipotens tanquam sua fata reuelet
Mortali cuiuis iudicium'q; poli.

de pe. dis. 4. in domo.

Omnia linquamus supero, qui cuncta creauit,
Qui nutu, cœlum, & sydera clara regit.

Ad Ephes.1. Ad Rom.8.

Astra quid aduersi possunt portendere? si nos
Defendit, cuius gloria summa, Deus.

26.q.5. non liret. 26.q.5. admoneans.

Quicquid ephimerides referunt: per inane laborant
Nil genesis, sortes, nil quoq; fata ualent.

De geographica regionum inquisitione.

Qui cœlum & terram, & latum metitur & orbem
Climata describit, & memorat populos:
Hic fatuum instantem crassa à ceruice repellat:
Nil bonitatis habent hæc monumenta quidem.

Stultior ille quidem qui mensuram undiq; terræ
Metitur, nec se, nec sua scire ualet.

Non

Non satis est sapiens, non est ratione politus,
Sed nostra in naui carbasa plena trahat:
Qui latera immensi mundi metitur, & orbis
Climata, stat fatua circinus in q manu:
Nosse cupit cunctas regiones & loca cuncta, 28.q.4.c.igi-
Humano siquidem, cognita non generi. tur.
Nunc orbis lati metas, longos q reflexus, Esa.40. & 43.
Pensantes fatuos sedula cura mouet Eccles.4.
Noscere conantur gentes quas spectet Eous: 1.Corin.16.
Quas calor australis, occiduus q tepor.
Stultus hyperboreum mensuram flectit ad axem, Abacuc.3.
Et quærit populos hac regione feros.
Mensurat q Vrsam digitis quando q minorem:
Quo populos tali sub regione notet.
Europæ at q Asiæ spacium collustrat utrum q,
Græcos, Aeolios, Cappadocas, Cylices,

Et Libyæ gentes rutilo sub sole iacentes,
Atlantem. & Calpen. Herculis atq; fretum,
Semotam Thylen: quærit uel in orbe Brytannos
Extremo, & radio Theutona claustra notat.
Nosse'q; uult tumido positas in gurgite gentes,
Et causas reflui succidui'q; maris.

Strabo. *Præstita Cosmographi lustrat documenta Strabonis:*
Intactum toto nil sinit orbe quidem.

Eccles.7. *Quid geometer enim tantas in pectore curat*
Concipis? incassum circulus ista terit.

Plinius. *Plinius erravit, quamuis spectabilis auctor:*
Errores uarios & Ptolemæus habet.

Ptolemæus.
Sapien.3. *Inuanum siquidem multorum corda laborant,*
Hiere.2. *Rebus in incertis quos ita fudor agit.*
Ezech.13.
Eccles.34. *Antea quæ fuerat prisci's incognita tellus:*
Exposita est oculis & manifesta patet.

Ferdinandus Hispaniarum rex. *Hesperiæ occiduæ rex Ferdinandus, in alto*
Aequore nunc gentes repperit innumeras.

De eo qui non uult esse fatuus.

Marsia cum docto certavit Apolline, victus
Amisit palmam, perdidit atq; cutem:
Attamen in manibus pendebat fistula fiuli.
Et fatuus mansit Marsia ut antè fuit.

Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo: non auferetur ab eo stultitia eius. Clamanti cutis est summos direpta per artus. Nec quicquam nisi stultus erat.



Quilibet hanc fatuus naturam continet in se,
In solita uitæ proprietate manens:
Rideri quod non sentit se, illudier atq;
Marsia propterea decoriatus eras.
Nam Phœbum cithara ductum irritquerat ille
Ad pugnam, propter quam sine pelle iacet.
Huius ad exemplum, tantis obducta tenebris
Stultorum mens est, & ratione carens.
Vt fatuus quisquis se tempore credat in omni
Prudentem, sapiat cum tamen, ipse nihil:
Nec tamen aduertit risus, hominumq; cachinnos
De se sic fieri, nec uidet auriculas:
Seria cuncta putat, cùm risu illuditur ipse:
Quæq; audire cupit, credit & illa libens.
Tibia dependet sotiis innexa lacertis,
Stulticiæ signum præbet ubiq; suæ.
Si quis opes nullas locupleti possidet arca,

Prouer.17.
Ouid.6. Met.
Ouid.6. Fast.
Iuuenalis.
Eccles.2.
Prouer.26.
Eccles.10.
Sapien.4.
Eccles.19.
Ouid. Trist.
Prouer.19.

Thesauros magnos & tenet in cumulo:
Hunc plures uigili cursu sectantur amici,
Semina qui cumulent ad scelus atq; nefas:
Luce 15. *Et spoliant stultum iuuenem, uacuumq; relinquunt:*
Prodigus his socijs (heu) bona cuncta terit.
Tull. de amicitia. *Amplius & uacua dum nil seruauit in arca,*
Nec res occulto sensit abire dolo:
Factus inops tandem, cunctis priuatur amicis,
Et refugit fatuum perfida turba procul.
Acclamat superōs, & tristia uerba profundit:
Pœnituit tandem, at sera querela nimis.
l. Ius alimento ff. ubi pup. edu. deb. *Qui res tam multas uno consumit in anno*
Ad cursum uitæ quod satis usq; foret,
Est fatuus: uafris res compartitur: at illi
Prouer. 18. *Plus nummum quærunt quàm uel amicitiam.*
Ex quo paupertas, contemptus, risus, egestas
Proueniunt: stultus & sine honore sedet.

De non intelligentibus ludos.

Qui uult cum pueris & stultis ludere, debet
Illorum lusus & tolerare iocos:
Ad clauum ne sit nauis reuocandus & alta
Vela trahens, malum frangat, & inde ratem.

Ludere cum fatuis qui uult pueris ne, benignè
Illorum toleret uerbera, uerba, iocos.

Ludere

Ludere cum fatuo qui uult, tolerare nec ipsum Matth. 7.
Cogitat: ad fatuos connumerandus erit. 1. dis. in prin.
Cum puero siquidem qui uult contendere: stultus
Si non ipsius ludicra ferre potest.
Stultus & hic pariter mouet ad conuitia risum: Prouerb. 26.
Ebrius, obtusus dicitur atq; puer.
Qui uult cum pueris & stultis sæpe iocari: Eccles. 1.
Alternis uicibus ludicra uerba ferat.
Venari qui uult, opus est ut retia ponat:
Sectetur canibus, cumq; labore feras.
Quisquis fortè globo cupiat subuertere stantes,
Erigat ille simul mox quoq; pyramides.
Pro uerbo uerbum, pro lusu ludicra dantur: Eccles. 19.
Stultus qui poterit non ita ferre uices.
Intolerabilius tamen est, & semper iniquum: Psal. 38.
Pro pietate bona reddere fortè malum. ad Rom. 12.
Hæc fatuos natura manet, quòd rariùs usquam 1. ad Thess. 5.
1. Pet. 3.

Condignas referunt pro bonitate uices.

Prouer.13. Eccles.13. & 28. *Versari sapiens uir cum prudentibus optat:*
Cum fatuo stolidus quærit habere locum.

Prouer.27. *Quòd fatuus tolerat nullum, sua sola putanda est*
Ambitio: cunctos nam regere ipse cupit.

c. quia per amb. de elec. lib. 6. *Est dolor in stolido uehemens, si præsidet illi*
Prudens, se meritum nam putat esse uirum.
In summa nostram poteris sic carpere mentem:
Insipiens solus sceptra tenere petit:

Lucanus in primo. *Non uult ferre parem: maiorem ferre recusat:*
Cuncta sibi in terris inferiora putat.

Hester 3. *Gaudia non Aman malesanus tanta putabat*
Quod cuncti colerent omnia iussa uiri:
Quantus erat dolor huic, quòd Mardochæus apellæ
Non capiit atq; genu flectere uellet ei.

Eccles. 8. & 20. & 22. *Qui sapiens igitur dici cupit atq; probatus,*
Insanos fugiat, insipidosq; uiros.

Malefacere, & non expectare.

Ille quidem celerem contorquet in æthera pilam,
Nec spectat lapsam quo cita pila cadit:
Qui facit infestos multos sibi, reddit & hostes,
Nec lapsus spectat consimiles q; uices.

Multos lædere.

Deus omnium rerum ultor sit. Quod tibi uis fieri, mihi fac: quòd non tibi, noli: Sic potes in terris uiuere iure poli: Ab alio expectes, alteri quod feceris. A quo procedit fraus, sæpe reuerberet ipsum.

Insul-

Insulsos etiam fatuos referam, qui lædere multos
Percupiunt: lædi non tamen usq; putant.
Insanum penitus fateor, qui crimina iactat
In faciem alterius, conspuit atq; caput:
Nec tamen hæc rursus fieri pateretur ab illo:
Nec uice consimili pertolerare iocum.
Quid sis facturus bene præmeditarier antè
Conuenit: haud facias, quod tolerare neges.
In saccum qui uult alios detrudere, sumat
Maxilli pariter plagam aliquando sui.
Fecerat ut taurum infœlix ex ære Perillus,
In quo mugitus æderet ore nocens:
Imbuit at primus uaccam quam fecerat ipse:
Criminis atq; sui præmia iusta tulit.
Quod tibi non fieri cupias, ô stulte prophane,
Ne facias alijs: ne malefacta feras.
Sæpe facit foueam fatuus, nocuumq; foramen

Matth.7. In proœ. decre.1.c. dilecti de ma. & obe.2.q.6. qui se scit.

Sapien.18.

Eccles.33. & 15.

Perillus de quo Ouid.1. De arte.

Matth.7.

Psal.7.

Prouer. 26. Eccles. 27. Hester 7.
In damnum alterius, quo tamen ipse perit.
Nempe crucem quondam fecit maledictior Aman,
Qua Mardochæi frangeret ille gulam:
In caput illa suum sed crux descendit, & in qua
Suspensus, laqueo deperit ille suo.

Prouer. 17. Eccles. 7.
Conueniet cunctis bene te confidere, sed tu
Prouideas fraudes, præcaueasq; dolos.
Qui bene confidunt sæpe experiuntur amarum
Virus, nam quis scit in cute quanta fides?

Eccles. 9. Prouer. 23.
Non conuiua homini nequam, cui liuida corda
Sunt, & secretum pectoris exitium.
Ede, ait hic, hospes, nunc fercula sumito nostra,
Iam bibe, de cœna ut possis abire satur:
Attamen aduersus te uirus, corde sinistro
Portat. liuentes aufuge docte uiros.

Eccles. 19.
Sæpius arridet te risu forte iocoso,
Qui cuperet mentem dilaniare tuam.

De improuidentia futuri.

Quisquis in æstatis fœcundo tempore messem
Negligit & fructus, nec bona grana legit:
Cogitur hyberno, sub sole carere cupitis:
Vrsorum & digitos sugere more suos.

Pigriciæ fatuitas.

Vade ad formicam ô piger, & considera uias eius, & disce sapientiam: quæ parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod commedat. Formicæ populus infirmus qui præparet in messe cibum suum, Omnis autem piger semper in egestate est.

Stultum

ultum præterea reputo qui deside uita
Viuit, & in pigro pectore torpor ineſt.
yis non caſtiget fatuum hunc qui tempore nullo
Diſpenſat uitæ commoda recta ſuæ?
on aptare poteſt animum ad quæcunq; futura,
Inceptor ſtolidus: nec ſua facta notat.
ic nihil acquirit rerum pro corporis uſu:
Omnia dilapidat, nil retinere ſolet:
ſi adeò demens, proprios nil cernit ad uſus,
Rebus opportunis inuigilatq; nihil,
ouidet atq; nihil ſtultus, niſi cogat egeſtas,
Atq; fames ſtimulet, torqueat atq; ſitis.
mporis haud fatuus meditatur fata futuri:
Præſentes tantum reſpicit ille dies.
e naſo ad fauces, hominis meditatio ſtulti
Vergitur: ulteriùs mens ſua uana tepet,
unc puto prudentem, uerſat quem cura futuri,

33. diſ nihil.
Seneca.
Prouer. 6.
Deutr. 32.
Eccleſ. 26.
Prouer. 19.
Prouer. 29.

Vnde

Eccles. 40. & 18. Vnde habeant pueri fortè alimenta sui:
Quærit & æstatis calidæ sub tempore, fructus,
Prouer. 10. Ad uitam ut possit commoda habere suis.
Sapien. 14. Asi illum penitus fateor ratione carentem,
Ad res qui numquam prouida corda gerit:
Prouer. 6. & 24. Dormitat fatuus stratus sub sole calenti:
Qui nihil acquirit, sed bona parta uorat:
Prouer. 21. Tristis hyems istum ieiuno gutture torquet,
Non habet ut stomachum quit satiare suum:
Prouer. 26. Et uitam miseram brumali tempore ducit,
Matth. 25. Qui tempestiuas non cumulauit opes.
Eccles. 22. Qui non colligit fœnum, cum Iulius ardet,
Nec sibi quæsuit emolumenta domus:
Prouer. 22. Frigeat in bruma gelida, quærat'q; per urbem,
Fasciculos fœni, stramina nuda terat.
Exemplum magni præbet formica laboris:
Iuuenalis. Colligit & seruat tempore quæq; suo.
Prouer. 6.

De litigantibus in iudicio

Litibus & rixis qui delectatur, & omni
Tempore contendit, iudicium'q; petit:
Est fatuus uehemens: nempe excæcare laborat
Iusticiam, & legum contaminare fidem.

De rixosis.

Sicut eorum sequitur cadauera, ita rixosus illes. Non contendas aduersus hominem frustrà, cum ipse tibi nihil mali fecerit Non iudices contra iudicem, quoniam secundum quod iustum est, iudicat.

Acri-



crior ad reliquos fatuos consurgere dignum est, 1. Cor. 6.
Quos agitant mœsti iurgia uana fori: Prouer. 5.
Eccles. 8.
urba quidem est ingens stultorum, copia prægnans Ad Titum 3.
Horum, qui litis iudicium q̃ petunt.
ro causa exigua, minima pro re uel inani 1. Timo. 1.
Matth. 5.
Contendunt stulti, concipiunt q̃ dolos:
udicij amfractus fatuo quæruntur ab omni, Prouerb. 16.
Et gaudent lites quòd sine fine gerant. Maiæ 57.
ardo etiam strepitu, plures ambagibus uti Iacobi 4.
Conantur, longis iudicium q̃ trahunt.
ci et ut nocui fugiant decreta sacratæ Prouer. 17.
Iusticiæ leges au fugiant q̃ bonas.
qui se patitur banniri in ius q̃ uocari, Eccles. 6.
Hiere. 2.
Excludi q̃ sacra stultus ab ecclesia:
Vil tamen hæc curat, ius fraude lacessere tentat, Prouer. 16.
Iusticiam fugiens impietate sua:
Eccles. 27.
Hec saltem id fatui meditantur, qui fora quærunt,

Et

Et lites uarias, iurgia uana mouent.
Esaiæ 58. Inuidiam quòd tunc incurrunt, quodq; dolosos
Eccles. 8. Causidicos ditant, qui sibi dona petunt
Postquam te scribæ calamus conpinxit auarus,
Ponit & in crasso codice uerba tua:
Eccles. 7. Tu tamen insipiens tua cuncta impendere liti,
Prouer. 18. Et causæ intendis quæ loculum euacuet.
Prouer. 3. Corrumpis nummis alio uel munere iuris
Custodes melius ut tua causa sonet.
Eccles. 6. Pinguius & melius siquidem declamat, agitq;
Causidicus palpet quem tua larga manus.
Sæpe Oratores spacioso ex orbe uocamus,
Quo prolongari iurgia nostra queunt,
Vtq; phaleratis uerbis diffundere causam
Possint & legum garrula uerba loqui.
Eccles. 40. Causidico à tali iudex citò fallitur is qui
Prouer. 23. Iudicij sceptrum simplicitate regit.

De obscœnis fatuis.

Colloquium prauum, & linguæ lasciua pudendæ
Verba, bonos mores contaminare solent:
Inducuntq; malos ritus, uitamq; prophanis
Gestibus, inuertunt ingeniumq; pium.

De turpiloquio stultorum.

Coinquinat mores bonos sermo malus. De altitudine uentris inferi, & à lingua coinquinata, à uerbo mendacij, & à rege iniquo, libera nos Domine. Ve mundo à scandalo.

Festa

ſta noui patris celebrant plures Grobiani: Eccleſ.lib.
Magna cohors uigili hunc ſedulitate colit. 1.Eſdræ 6.
us obſcœnis luſtrantur ritibus aræ? Math.5.
Non niſi peſtiferos hic Grobianus amat. 1. Corin.15.
28.q.1. ſæpe.

l templum mixtim currunt iuuenesq; ſenesq;, Ezech.9.
Et pariter mulier, uirgo, puella, puer: Eccleſ.29.
ura ferunt manibus, Grobiani feſta colentes Iob 27.
Sordidulis uerbis, ranciduliſq; litant. Ouid.1. Met.
n pudor ex terris abijt, petulansq; remanſit Pſal.11.
Spurcities: hominum qua perit uſq; genus.
fatuus porcum cœnoſum continet aure,
Campanam manibus concutit atq; ſuis.
porco trahitur fatuæ (mihi credite) nauis Eccleſ.20.
Prora, per æquoreum quæ comitatur iter: Prouer.11.
ndera ne puppis tumidis mergantur in undis,
Turbaq; ſtultorum, quam ſupereſſe ſat eſt,
m ſi non biberet unum ſtultiſſima ſecta: Eccleſ.

Munera iam Bacchi merce minuta forent.

1. Petri 2. *Sus tamen innumeros porcellos parturit inde*
Magna cohors hominum festa suina colit.

Ad Ephes. 5. Psal. 40. *Obscœnos mores, & turpia uerba, colendos*
Efficiunt homines: nil pudor ipse ualet

Hiere. 2. Esaiæ 41. *Turpibus ecce uiris primi nunc dantur honores:*
Gloria prima datur fœdiloquisq; uiris.
Iam porcus uiridem gestans in fronte coronam,
Admittit fatuos ad sua iura uiros.

Ad Colo. 3. Ad Titum 1. *Quidam sunt adeò obscœni turpesq; relatu,*
In quorum faciunt uerba pudenda genis.

Oreste. Prouer. 12. Eccles. 31. *Insanus quales si nunc spectaret Orestes:*
Eheu, clamaret quam furiosa cohors.
Illos delectant crapulæ, tuceta q; crassa,
Atq; cadus uini uerbaq; mixta iocis.

Eccles. 32. Esaiæ 66. *O Grobiane tuas fatuus quicunq; per aras*
Sacrificat, fatua hunc morte perire decet.

De statu spirituali abusu.

En statum multi modo spiritalem
Appetunt, primis iuuenes ab annis:
Pœnitet tandem fatuos relicto
Viuere mundo.

Restat

Reſtat adhuc aliquid, quod noſtro carmine dignum eſt, 8.q.1. In ſcri-
Quod'q locum in fatua puppe tenere ſolet. pturis. & c.
Omnis homo pueros ſacris modo deuouet aris: Moyſes.
Vis'q ſacerdotem ruſtice habere tuum,
Non hoc propoſito, ſupremi ut ſacra Tonantis 18.q.nes.
Ritè colat, placeat aut ſua uita Deo: autem.glo.1.
Verùm ut ſepoſito uitam ſudore quietam 21.diſt.cleros.
Ductitet, illecebris inuigilet'q malis.
Vil animæ curat fatuus mentis'q ſalutem: 23.diſt.his igi
Sola placent rerum ſordida lucra ſibi. tur.
Vil doctrina iuuat, funeſta pecunia princeps 12.q.1.quia.
Sacra Dei inuertit, ſacrificos'q lares.
Ordo ſacerdotum fatuo turbatur ab omni:
Labitur & paſsim relligionis honos.
Non Numa preſbyteros tales in templa ſacrauit Numa Pom.
Priſca: ſed in cunctis integra uita fuit.
Pontificis culpa eſt: diuinos uendere honores 36.diſt. opor-
tet.

Iam ſtultis ſolitum eſt, peſtiferisq́ uiris,
Quis furor, ô miſeri, ad uos myſtica ſacra prophanos
Compellit? procul hinc tollite quæſo manus.
Non ſtatus in terris nunc eſt damnoſior illo,
O' quali ſuperos relligione colunt?
Monachi. *Quid fratres memoro ſubductis colla cucullis*
Geſtantes? miſerè ô nunc ſacer ordo uales.
Auguſtinus. 7.q.1. non autem. *Auguſtinus enim dederat confratribus olim*
Viuendi ſalubres cum pietate modos:
Hos monachi obſeruant laſciui, more ſiniſtro.
Auguſtine parum iam tua ſcripta ualent.
Moyſes Deutro. 18. 21.q 3. hi qui & c. ſacerdotum. *Non quales ſtatuit primæuo tempore Moſſes*
Preſbyteros: tales ſæcula noſtra fouent.
Prouerb. 21. 2.Pet.3. gloſ. 2. q.7. non omnis. 40.diſ.c.fi. *Indocti (fateor) nunc pinguia uota ſequuntur:*
Eccleſiamq́ ſacram ſordida turba regit
Poſt ſua fata tamen, quid ſit rexiſſe uidebunt,
Eccleſias: mores nec coluiſſe bonos.

De inani faſtu & iactatione.

Mendaces fatuos, de quorum pectore nugas
Bullatas capimus, noſtra hos uehet illa carina:
Geſtarum. rerum, falſò præconia fingunt:
Militiam hic iactat, doctrinam iuris & alter.

Multi nunc ſunt (heu) doctores, Militesq́, peruerſores legis & iuſticiæ.

Peruid-



Feruida iam digito compescere labra uolebam,
Et finem numeris ponere fortè meis:
Turba tamen stolidis frontem redimita corymbis,
Percita stultigero gesta furore refert.
Alter enim miles gestat calcaria ahena,
Alter & in manibus Romula iura gerit:
Miles ab antiqua se nobilitate superbum
Iactat & à Tullo tempora rege notat.
Et genus à claris patribus quos Romulus olim
Legerat atq; alios enumerare solet.
Fortè tamen patres habuit, qui fœnore iniquo,
Fraudibus aut alijs stemmata parta gerunt.
Plures se faciunt ex nobilitate superbos,
Quam uirtute sua non meruere tamen.
Nobilitas uirtute bona, meritisq; beatis
Constat. diuitiæ stemmata nulla parant.
Candorem tituli, qua nam uirtute mereris?

ff. q. 1. gloria epi. in fi. 21. q. 4. omnis. Prouer. 28.

Milites: Tullius Hostilius, de quo Liuius. patres conscripti. Psal. 61. Prouerb. 28. Iuuenalis. Seneca. 1. Corin. 4. de. præben. uenerabilis. Bar. in l. 1. C. de incolis li. 10.

Aut quid gessisti, quod tibi stemma dedit?
En ais externis Martem diduximus oris,
Cognita sunt uarijs gentibus acta mea:
Me Solymæ uidere sacræ, Memphitica tellus,
Gallia bellipotens, Marticolæq; Getæ:
Atq; alias bello regiones fortis in armis
Lustraui: merita nobilitate feror.

Doctores. 49. dist. sacerdotes. & glo. in l. 1. C. de athle. lib. 10.

Doctoris quidam titulum nomenq; tenere
Gliscunt: se iactant, & didicere nihil.
De rebus fatuis uanissima uerba loquuntur,
Essęq; prudentes, doctiloquiq; uolunt.
Nil sapiunt penitus: tantum de cortice libri
Sumpserunt tituli nomina uana sui.
Cum manibus ductant fatuum, præconia iactant,
Quæ nunquam meritis sed peperere suis.

Prouer. 26.

Sed quid multa loquar? fatuis innata superbis
Hæc mala: quod non sunt protinus esse uolunt.

De lusoribus.

Multos ludorum fatuos damnosa uoluptas
Sollicitat tantumq; iuuat:
Nil aliud curant, nec delectatio maior:
Iacturam neq; pensiculant.

Pone merum, & talos, pereant qui crastina curant. Mors aurem uellens: uiuite, ait, uenio.

En

En iterum nostris offert se turba Camœnis
Sordida, ludorum concomitata iocos.
Initio, furijs ego sum tribus addita quarta
Ludus ait, fatuos hic numerabo meos.
Quidam sunt adeò incensi certamine ludi,
Et ludos tanta sedulitate colunt,
Voluere taxillos reputant sibi gaudia summa:
Tres bene currentes, gaudia sola parant:
Noctes atq; dies ludi certamina uersant.
Alea discurrit, sordida lucra petit.
Hunc senio ditat: damnosa canicula mordet
Illum: sed Venus hunc radit iniqua citò.
Ludus agit bilem, mentis secreta relaxat,
Inficit ingenium, sensibus atq; nocet,
Efficit iratos homines, præcordia frangit.
Alea sollicitos efficit usq; uiros.
Nil curant aliud lusores: tota uoluptas

in auten. de sanc. epi. interdicimus. Bal. in l. 1. C. de condi&. ob tur. caus. Virg. de ludo l. ff. de alea.

glo. in c. pe. de ui. & hon. cle.

33. dist. c. 1. glo. 1.

Iuuenalis.

de ex. præb. inter dilectos ubi glo. & doc. do. Car. in cle. 2. de ui. & hon. cl.

Sortibus infixa est, irrequieta quidem.
Per noctem uigilant, latrant, iurantq; frequenter:
Nulla fames illos, nec sitis ulla mouet.
Leuit. 24. *Sæpe furore graui diffamant uulnera Christi,*
Ad Rom. 2. *Torquent ad superos uerba nefanda deos:*
de cle. male. c. 1. & 2. *Tanquam pestiferos lusores conditor orbis*
Curet, & ad stulti turpia uerba fleat.
de iudi. c. 2. li. 6. *Spurcidius tamen hoc, quòd fœmina ludit, iniquis*
Intermixta uiris, & tabulæ usq; uacat
Nobilis, & clerus, ciuis, iuuenisq; senexq;,
Cum tenui uulgo ludere sæpe solent.
no. in c. clerici de ui. & hon. cl. *Quem decet ut modicum ludat, sibi congrua sumat*
Tempora, personas eligat atq; pares.
Omnipotens cunctos lusores odit iniquos:
Host. in sum. de ex. præla. qualiter. *Et ludos uetuit regula sacra patrum.*
Nam mala proueniunt ex ludo crimina multa:
Ludus opes minuit, & bona cuncta terit.

De suppressis fatuis.

Est (scio) turba meo fatuorum picta libello
Magna, sub insculptis atq; locata notis:
In tergum illorum capitosus saltat asellus,
Depressos monstrans stultigerosq; uiros.

Multi modos fatuos, præsens contorquet asellus,

Transitu

Transtra per & remos collecta est tanta caterua,
Et numerum tantum nostra carina uehit, Prouer. 1.
Vt propè stultorum sine me discederet ingens Eccles. 33.
Copia: sed monuit noster asellus herum.
Nauiculam meritò stultis conscendo paratam,
Sum quia quem torquent omnia facta nimis.
Exiguus pro me locus in rate & angulus arctis
Sufficit in& foris: me mora nulla tenet:
Ne me continuò calcet ue, premat uel asellus,
Quem piger in tergo cogor habere meo.
Si saltem patiens ad mandata illius essem, Sapien. 2.
Libera sperarem membra abitura citò. Ad Hebr. 12.
At beat hoc unum, socios comites& tenemus 2. q. 1. multi.
Plures, qui uiuunt conditione pari.
Hi sunt, prudentum nunquam consulta sequuntur Prouer. 1.
Qui bona, nec capiunt consilium& ferax.
Hi sunt, quos iræ stimulus per crimina iactat Prouerb. 27.

Ob causam nullam, sed ratione carent.

Prouer. 16. Eccles. 48. *Hi sunt, qui lites mercantur, quiq; dolore*
Inuidiæ marcent: causa doloris abest.

Prouer. 13. *Hi sunt, audaces qui natos quosq; proteruos*
Dum virgis parcunt uerberibusq; parant.

Prouer. 26. *Hi sunt, ulcinis qui sæuos, quiq; molestos*
Se præbent uel quos pocula magna iuuant.

Eccles. 31. *Præterea in pedibus quos torquet calceus arctus,*
Quem tolerant: hi sunt queis bona nulla placent.

Eccles. 8. Eccles. 2. *Sunt & lurcones, sua qui patrimonia perdunt,*
Qui plus consumunt quàm sua aratra ferunt.

ff de adul. mariti. & l. 2. *Hi sunt lenones proprias qui ad crimina mœchis*
Vxores stolidi, sacrilegiq; locant.

de pe. dis. 3. quia dimissa. & c. nihil & c. in salicib. *Stultus & hic pariter sua qui peccata recenset,*
Et pœnas: uitam sed gerit usq; malam.
Hi satis à duro fatui calcantur asello:
Sed tamen hac iuncti naue per æquor eunt.

De militibus & scribis.

Dum captant equites hominem, scribaq; maligni
Villanum, & qui sit simplicitate rudis:
Si saltem nummos habeat, spoliatur ab illis:
Cogitur ut soluat rusticus ille minis.

De scribis & equitibus.

Rapinæ implorum detrahent eos: quia noluerunt facere iudicium. Væ uobis Scribæ, qui commeditis domos uiduarum. uæ uobis uiri impij. Neminem concuciatis, neq; calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs uestris.

Ad

Ad naues nostras equites, scribasq; citamus, Prouer. 18.
Ad fatuam sectam dant monumenta mihi: Matth. 23.
Auriculas asini gestant, titulosq; merentur Eccles. 41.
Quos dabimus, dignis pro meritisq; suis. Lucæ 3.
Accelerate precor, quoniam mea nauis abibit.
Quæ uos ad remos, transtraq; longa uocat.
Est labor æqualis studium simile, atq; facultas
Par quam scriba gerit quam malesidus eques. Ezech. 22.
Hic rapit insidijs spoliat clàm prædo per agros: Esaiæ 10.
Publicitùs scribæ decipiunt homines. Iob 30.
Sub madidis pluuijs eques, & sub frigore duro,
Corporis exponit fortia membra sui:
Hic animam calamo infuscat, perditq; salutem. Matth. 5.
Auri & nummorum est his quia magna fames. Iob 27.
Accendit prædo villas, flammisq; perurit
Culmina, quærit opes, exuuiasq; petit: Prouer. 11. Mich. 2.
Rusticus à scriba simplex seducitur, atq; Psal. 9.

Cogitur in pennas soluere cuncta suas.

Lucæ 11. Amos 3. Quærit opes quiuis, precium quoq; captat iniquum:
Est spoliatorum turba maligna nimis

Eccles. 10. Officium si quisq; suum moderamine iusto
Rite ministraret, laus sibi magna foret.

Iacobi 4. 2. Timo. 2. Hic eques, ut gladijs inopes defenderet atq;
Cum uiduis pueros, emeritosq; senes:
Quo duce tuta foret semper respublica, quo ue
Latrones fugerent per fera lustra procul.

Esaiæ 3. Matth. 13. Hic calamo iustas leges conscriberet, atq;
Iusticiæ normam panderet arte sua.
Sed modò pupillos inopes, uiduasq; relictas

Matth. 23. Zach. 7. Malach. 3. Ille armis, calamo hic, expoliare solent.
Non dolus in terris maior, fraus turpior usquam
Ex scribis quam quòd tot mala proueniunt.
Ast equites faciunt quòd semita nulla uiarum

Lucæ 3. Tuta est: impunè crimina tanta uolant.

De stulta nunciorum legatione.

Cursor ego uelox longis de partibus orbis
Aduenio: nec uas potui euacuare bibendo,
Donec hos fatuis sulcantibus æquora passim,
Præberem chartas: nauita siste ratem.

Nuncius inutilis.

Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum: animam ipsius requiescere facit. Claudus pedibus & iniquitatem bibens qui mittit uiam per nuncium stultum. Nuncie sis uerax, tacitus, celer atq; fidelis.

Prope

Proposui, fateor, nullos uehere in rate nostra
Cursores. agitur res quia nostra mari.
Nauis in undosa rapitur uolat atq; carybdi,
Nec reuocare potest nuncius ullus eam:
At tamen ex istis, quidam sibi tradere partem
In rate, pro fatuis nuncius esse cupit.
Qui chartas scriptas, cera impressas q; sigillo
Portet in ore suo, gestet & in manibus,
Ne fiant madidæ, capiant ne ue altera damna:
Ambulet & tutam nuncius usq; uiam.
Quidam cursores, plusquam committitur ipsis,
Expediunt: nugas concipiunt q; meras.
Sæpius ex magna tamen ebrietate morantur,
Officium tardant, expediunt q; nihil,
Atq; uias calcant insidi tempore multo,
Ocia longa terunt conficiunt q; moras:
Caupones omnes lustrant, omnes q; tabernas,

Qualis debeat esse nũcius ponit Spe. in ti. de execu. Prouer. 25. Eze ch. 30.

Prouer. 13.

Prouerb. 26.

Prouerb. 24.

Vt capiant dulci uasculo plena mero:
Ter legit atq; quater chartas, manibusq; reuoluit
Nosse uolens, quid nam littera missa canat.
Non alia ratione tamen sic scire laborat
Scripta nisi ut ualeat dicere multa noua.
Negligit interdum, nec scit commissa referre:
Et sine responso perfidus inde redit.
Tempore ceu messis recreat nix corpora nostra,
Et sicut requies quæq; cupita iuuat:
Sic recreat dominum per quem legatus abiuit
Nuncius, & chartæ credita iussa refert.
Hi sunt, quos uolui stulti qui nuncia uerba
Transuectant: currunt nec sine uase meri.
Iecur habent calidum, calor hic innascitur ipsis
Ob cursus uolucres nugiloquasq; genas.
Nuncius hic dignus precio, titulisq; decoris,
Expedit impositæ qui citò iussa rei.

Prouer. 25. in fi.
Prouer. 26.
Sapien. 5.
Prouer. 20.
Hiere. 2.
Eccles. 13.

De cellarijs & cocis.

En uenit aucta cohors promorum iamq; coquorum,
Commissæq; domus cætera turba uenit:
Ad nauem properant, & forti robore sulcant:
Adiuta his citiùs carbasa nostra uolant.

In cella atq; penu gens hæc furit, inq; culinas,
Et melliora bibens pinguia quæq; uorat.

Est damnosa nimis dominis hæc turba penatum, Ezech. 24.
Cuius iam crapulas, luxuriemq́ uides
Est natura coquis, & promis semper iniqua,
Quos domini nulla sollicitudo manet.
Inq́ uicem iactant, quoniam nos sola uoluptas Prouerb. 21. & 23.
Potus iucundi confouet atq́ cibi.
Edendum est igitur nobis, semperq́ bibendum. Esaiæ 65.
Nos cibus, & pascunt uina aliena quidem.
Inuenies raros custodes esse fideles, Prouer. 19. Matth. 24.
Aut seruos dominis perfida turba laris,
Sæpito domino reserat cellarius urnas,
Atq́ aperit sapidi uasa uetusta meri.
Oenophorum uino complet, uacuatq́ lagenas Ecclesiast. 36.
Bacchi, quas seruat ad sua gaudia herus.
Contenti non sunt proprio consumere luxu, Prouer. 12.
Credita quæ manibus sunt bona cuncta penus.
Adducunt alios ganeones atq́ bibones,

Quorum

Quorum opera posſint euacuare cados.

Luc. 16. Treuo. 5. *Nulla fides illis. iacturæ damna futuræ*
Hi nihil aduertunt, decipiunt sed herum.

Proue. 29. *In lecto recubans, censu pereunte patronus*
Nil sentit: seruos credit habere bonos.
Sed cum fortè iubet sibi dulcem afferre Lyæum:
Bombo uasa sonant euacuata graui.

Eccles. 32. Luc. 12. *Est dolus in pronis est & uersutia fallax.*
Infidi dominum decipiuntq; suum
Quid coquus immundus facit, & qua fraude patronum
Decipit? en audi: sordida gesta cano.

Ad Ephes. 6. *Ista caterua quidem nulla pietate mouetur:*
Edunt, consumunt, & bona cuncta uorant.
Emptáq; fumosam teniunt quæcunq; culinam,
Inmundus gustat fercula prima coquus.
Inde fame si quis coquus aut cellarius unquam
Deperit: at crapula dicitur usq; mori.

De rusticorum arrogantia.

Villanæ siquidem superest dementia sectæ,
Quæ cupit in fatua ducere uela rate:
Ergo mihi parcat uillana superbia, quam nunc
Pungimus in teneris uersibus, atq; notis.

Nihil impudentius arrogantia rusticorum: Sorte tua contentus abi.

Simpli

implicitate rudis quondam natura colonûm
Extitit, atq; humilis conditione fuit:
i numerum ætatis poscas, non sæcula longa
Fluxerunt, in queis simplicitas nituit:
usticiæ solium turritas liquerat urbes:
Virtus rusticitas, cum probitate fides:
Migrauere simul quondam ad triuialia tecta,
Adq; casas humiles, stramineosq; lares.
Non dolus in uillis, non fraus in rure fuerunt:
Hos penes Astreæ sacra cathedra fuit.
Ardor auaritiæ nullus non fœnore lucrum
Mutabat mentis rustica turba rudis:
Auri nulla fames, non fastus corporis: at nec
Ornatus, quales ciuica turba gerit.
Sed modò cœperunt habitus gestare superbos
Villani, quoniam pristina uita ruit.
Crines in nodum tortos, crisposq; capillos,

46. dis. in pri. l. nuper. C. de man. & col. pa. glo. in. l. seruis ur. ff. de leg. 3. Ouid. 1. Fast. & 1. Met.

Iuuenalis.

Eccles. 7.

Hiere. 13.

Et

Et calamiſtratos ruſtica turba gerit.
Veſtes partitas ſcutulis, uarioq; colore
Geſtant quas cingit fimbria picta quidem.
In manicis ſculptas externo more figuras,
Et tunicas portant cum breuitate bonas.

Sap.17. *Diſcit ab agricolis gens urbica, fraudibus uti*
Atq; dolos multos, & noua cuncta mala.

Iob 24. *Sola tenet nummos gens ruſtica, ſolaq; faccum*
Eſaiæ 5. *Ingenti ære replet, diuitijsq; ſtudet.*
Proh pudor unde uenit tam morbida uita colonis,
Hiere.li. *Vnde ſitis rudibus, improbitasq; uiris?*
Villanus dines, mox fit mercator auarus:
Prouer.24. *Mercatorq; ſtudet nobilitate frui.*
Tempore ſic noſtro uillani, nomina clara
Iuuenalis. *Nobilitatis habent: ſimplicitate carent.*
Quærere proh pudor eſt nimis alta & inania ſemper:
Eccleſ.5. *Stare nec in proprio, nec remanere ſtatu.*

De paupertatis contemptu.

Paupertas fugitur, totoq; arceſſitur orbe:
Vndiq; numme places: pauper ubiq; iacet.
Ridetur ſolus pauper, ſolusq; fugatur,
Cedit inops cunctis, nummus in arce ſedet.

Paupertas non eſt de genere malorum. Et munera nondum intellecta deum.

Num-

ummoſos plures fatuos uehit illa carina,
Sola quibus rerum copia uana placet:
uos magis oblectat cupidi poſſeſsio nummi,
Quàm morum probitas, egregium ue decus.
aupertatis onus omnes iam ferre recuſant.
Auri ſacra fames pectora cuncta quatit.
aud facile emergunt quorum uirtutibus obſtat
Res anguſta domi pauperieſq; grauis.
mplius haud titulos, claroſ uc merentur honores,
Qui ſophiæ cultus & monumenta colunt.
m'q; uiri iuſti poſtrema ſede locantur:
Diuitibus ſolis munera prima patent.
lam quia collectus tribuit modò cenſus honores.
Cenſus amicitias: pauper ubiq; iacet.
t qui diuitias ingentes tentat habere,
Curat opes grauidas & cumulare ſibi:
oc modo conſtituat uitam, ſit ſpretor honoris,

47. diſt. ſicut priuilegia pa. o. in l. ſi quis ad. C. de epiſ. & cle. arch. 11. q. 3. pauper. Sapien. 5. Virg. 3. Aen. Iuuenalis.

Sapien. 2. Eccleſ. 9. Prouer. 23. Eccleſ. 10. Ouid. 1. Faſt.

Iuuenalis. Eccleſ. 1. Mich. 6.

l Et

Et fidei ſeruet pignora nulla ſacræ:

Eccleſ.27. 37.diſt.nonne. *Per ſuperos iuret, fallacia uota per aras*
Iacti et, emineat nullus in ore pudor:

Eccleſ.9. 47.diſt. ſicut. *Nil ſcelus atq; nefas, nihil & peccata peracta*
Aeſtimet, & cæcus ad mala cuncta ruat:

Eccleſ.13. Amos 5. *Exercet rapidam uſuram digitoq; tenaci*
A miſeris capiat fœnora dira uiris

Eſaiæ 10. *Delatoris agat fraudes, uoces q; doloſas,*
Auribus inſtillet ſæua uenena bonis.

Iob 5. *Infectus uitijs iſtis nunc uoluitur orbis*
Totus, & ad nummos ſedula turba ruit.

Prouerb.11. *Venditur omne nephas nunc pro quadrante minuto:*
Venditur & uirtus, iuſticiæq; rigor.

11.q.3. pauper. 24.q.4. ne amiſſo. *Plures ex merito mortem q; & fata ſubirent*
Ob ſcelera, & uitæ crimina magna ſuæ:
Ob furtum plures furcas q; crucem q; ſubirent,

Apocal.18. *Ni ſacer hos nummus à laqueo eriperet*

Eccleſ.10. *Impunita manent nunc crimina multa uirorum.*
Nummus ab exitio liberat atq; nece.

Iuuenalis. *Furibus ignoſcit magnis cenſura columbas*
Vexat, & ad laqueum guttura parua ligat.

Achab. 3.Reg.21. Eccleſ.5. *Contentus regno quondam non perfidus Achab,*
Cogitat atq; inopes exſpoliare uiros.
Hortus erat Naboth patria quem lege colebat
Vir bonus & frugi, gratus & ipſe Deo.
Hortum hunc rex diues à paupere habere petebat
Hunc ſibi: ſed Naboth cum ratione negat,
Propterea miſerè ſaxis trucidatus, & enſe
Corruit at tandem rex fera fata tulit.
Solus inops premitur ſaccos geſtare neceſſe eſt,
Truditur in ſaccum pauper ubiq; grauem.

upertatis(quando ætas aurea mundum — Iuuenalis.
trabat) laudis gloria magna fuit. — Lucanus.

us erat uictus: frugalis uita, laborq́ — 15.q.2.illa
mmunis, feruor nullus auariciæ. — 20.de reſcri.
ia Maiores communi iure tenebant: — Ratutū.li.6.
n ita diuitias legerat ullus auus. — Bea. Tho. 2.
ertatis amor peperit præconia Priſcis, — 2.q.188. ar.3.
orum perpetuò gloria parta uiret: — Prouer.19.
— 12.q.2.crates.

era Roma fuit quondam, pauperq́ ſenatus — Roma.
q́ inopes habuit bellica Roma duces.

s inſignis dux paupertate decorus, — Qu.Curius
iuga Samnites traxit, & Auſonios. — Dentatus.

colam extollunt, qui paupertate benigna
eruit laudes, æthereumq́ decus. — Publicola.

cium colimus, qui Pyrrhi munera ſpreuit, — Fabricius.
ſatis exiguus cenſus & arca fuit.

lus & meruit præconia magna, decusq́, — M.Regulus,
era cui exiguo parua fuere loco: — de quo Tullius in Off.

ertas tribuit noſtris primordia ſæclis: — Apuleius.
c urbes ſtatuit, ſceptraq́ digna dedit.
agiſtratus ſtabiliuit, regnaq́ mundi:
enit meritis dogmata cuncta ſuis.

ia clara quidem cum paupertate decora — Græcia.
meruit laudem perpetuumq́ decus.

Ariſtides pauper: fuit Epaminondas — Ariſtides.
— Epaminōdas.
x equidem pauper, fortis & indomitus:

it inſignis uates quoq́ pauper Homerus, — Homerus.
m tonat heroo Troica fata pede.

ites ætherea ſophia ſuccinctus & arte: — Socrates.
itijs uacuus, non ſine laude fuit.

ndo nihil eſt tam celſum, tanq́ ſuperbum, — Eccleſ.11.

Ex riuo quod non fluxerit exiguo

Roma. Augustinus. *Paupertatis honor Tarpeias extulit arces:*
Atq; Vrbi titulum principiumq; dedit.
Pauperibus Roma est quondam pastoribus orta:
Rusticus exilis nomina tanta dedit.
Ouidius. *Diuitiæ molles fregerunt regna superba:*
Eccles. 18. *Propter opes cecidit Roma cadetq;: potens*
Carthago. *Propter opes miseras passa est Carthago ruinas.*
Paupertatis honor sed sine fine micat.
Prouer. 22. *Quid tantum cupimus? funesta pecunia multos*
Iuuenalis. *Mortales dammum iussit inire graue:*
Crœsus, de quo Herodo. lib. 1. *Diuitiæ Crœso regi nocuere superbæ:*
Prouerb. 12. *Propter opes, mortis tristia fata tulit.*
Eccles. 6. *Sit uenerandus apud mortales pauperis usus,*
Marci 10. *Nam cœlum diues nullus inire potest.*

Non perseuerare in bono.

Hoc manibus multi cupidis contingere aratrum
Accelerant, cœptum sed continuare laborem
Postponunt: quoniam nondum ratione politi,
Assiduè cuculum pascunt, nidoq; reponunt.

Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei.

Ferue

eruet opus primum dum rusticus urget aratrum: Luce 9.
Fit labor ardenti primus ubiq; manu. Eccles. 38.
yid uelit ergo mei sententia carminis, audi, de pe. dis. 2.
Vt capias alacri nunc documenta manu: multi.
os uocat ex merito fatuos stultiflua nauis Abacue 1.
Iure suo remos, uelaq; celsa trahunt, 2. Corin. 6.
Qui satis incipiunt bene uiuere tempore primo, Ad Hebr. 5.
Et uitam ostendunt ducere uelle bonam:
d Sophiæ studium proni documenta sequuntur Ad Hebr. 12.
Et bona quæ sternunt fœlicitatis iter:
on tamen ad cliuum montis q; cacumina scandunt, Eccles. 2.
In quo supremum cernitur usq; bonum.
irtutem posuit sapiens in uertice collis, Pythagoras.
Qui nitidis animis monstrat ad astra uiam.
ed facie auersa plures oculisq; retortis Iosuæ 7.
Prouer. 26.
Ascendunt, quibus hæc inferiora placent: Exodi 16.
t placet Aegyptus, in qua tenebrosa patrarant Numer. 14.

Multa: retrocedunt: facta priora petunt.

Matth. 15. Luc. 11. *Qui priùs insigni coluit pietate Tonantem,*
Mutatus, recidit ad scelus atq; nefas.

Apocal. 3; Hiere. 3. *Est status illorum damnosus, nec bene tutus*
Qui bona postponunt, & malefacta colunt.
Nam ueluti ægrotus tremulo qui pectore languet
Viribus effœtus, semianimisq; iacet:
1. q. 1. uentum de pe. dis. 1. quem pœnitet. *Corporis optatam poterit sperare salutem*
Non, nisi doctrinam uiuat ad impositam:
92. dis. plurimes. 16. q. 1. in canonib. *Deserat aduersum uulnus: quod corpus egenum*
Inficit, interdum deterius q; facit.
Eccles. 18. *Nil est quòd iactas, nil est quòd murmure clamas*
Te fecisse bonum, te coluisse Deum.
Eccles. 7. Sapien. 5. Matth. 10. *Non satis est patrasse semel benefacta, sed usq;*
Ad finem uitæ continuare iuuat.
Deutro. 32. Eccles. 9. *Discite quæso bonum, facite & bona, continuate*
Optima quæq;: Deo sic bene cœpta placent.

De neglectu mortis.

Non generi aut opibus, uirtuti, aut moribus ò mors
Parcis ubiq; bonis, cuncta creata rapis.
Quo magis hos stultos reor insanire profectò,
Qui tua prouideant non bene tela citò.

In hoc omnes fallimur quòd mortem non præuidemus, cùm nihil certius morte, nihil incertius hora mortis.

Fallimur, ô fratres, error quoq; ſingula torquet
Viuida: quippe nimis incauti pergimus omnes. Seneca.
Terrorem mortis, & inexorabile fatum Tull. de ſenect.
Negligimus, nihil attenti, quòd terminus inſtat:
Et ſi certus: at incerto uerſatilis auſo.
Quo medio, ignoras & qualiter. aut ubi, quando: Iob 18.
Tu moriere tamen: fato concedere certum eſt.
Omnes tranſimus pariter fluuialis ut unda. 2. Reg. 14.
Sed quia tam uariè morimur: tu cras, hodie ue: Ouid. 10. Met.
Serius aut citiùs ſequitur uicimus, eò fit,
Credula decipiat ut ſpes mortalia cuncta: Prouer. 10.
Flora incerta ſimul rapiat iuuenesq; ſenesq;. Eccleſ. 9.
Arra ſubeſt, contractus habet ſua iura, reſcindi Sapien. 9.
Non poterit. peccata necem fecere nephandam. Geneſ. 2. Ad Rom. 5.
Nemo ſatis tardus: mors omnia tempore quo uult Seneca.
Abſumit, tibi forma licet ſit pulchra uenuſta, aut Eccleſ. 11.
Sis ualidus, fortis, nil refert, morte peribis: Ad Rom. 6.

Iob 21. Nec mora, ferali monstro correptus, abactis
Iuuenalis. Viribus, exhalas, corpus sudore rigescit
Frigidulo. mox forma nitens pallore putrescit
Eccles. 17. Corda tremunt, stridor dubius, titubantia uerba,
Vita cadit mors instat atrox. sic sterniminr omnes.
Prouer. 11. O fatum crudele nimis: funesta profectò
Eccles. 41. Hora illis lethi, quos uana pecunia uinxit,
Virg. 6. Aen. Et qui diuitijs soli incubuere repertis,
Delectant mundi quos gaudia: mox sed eundum est.
Horatius. Pallida mors æquo pulsat pede regia cuncta
Iob 15. Vestibula (ut Flaccus resonat) miseras'q; tenebras:
Eccles. 48. Fastus non curat, pomposa'q; pectora spernit:
Muneribus nullis placatur florida cessant
Verba'q; rhetorico quæ sunt prolata boatu.
Iob 4. Papa sacer, uillanus iners, discrimine migrant
Eccles. 2. & 3. Consimili: effugiet nec enim qui euadere tentat.
Eccles. 14. Nec quisquã securus erit, mors omnia tollit,
Nestor. Cuncta rapit. si Nestoreum quis uixerit ævum,
Sibylla. Siue Sibyllinum, uita aut breuiore fruatur:
Nil refert, pereunt moribundo tramite cuncti.
Mille hyemes uiuas, moriere tamen: tibi finis
l. fi. C. de sac. san. eccles. Morte datur rarus centum qui uiuit in annos:
Iob 3. At tandem inuitus morietur, sæpe uolens'q;.
Post patrem, modico uiuit quoq; tempore natus:
Morte patrem interdum præcurrit filius unus
Post alium uadit, donec pater atq; iuuentus
Apoc. 21. Deficient tandem flammæ'q; elementa repurgent.
Cur ergo ploras, malesane & funera planctu
Desles horrisono? fatuum est turbare quietem
in auten. de nupt. deinceps col. 4. Sopito. uixit sua tempora, mox'q; sequemur,
Mortis & inferias gustabimus, ibimus omnes.

Addo

dde quod ante diem multis fuit utile quondam — Iuuenalis.
ɔſſe mori, & uitæ miſeræ finire labores.
mſciuere ſibi plures medicamine mortem:
l alij laqueo aut ferro uitamq; peroſi — Virg. 6. Aen.
oiecere animas, multis res commoda mors eſt. — Sapien. 3.
quot captiuos è carcere liberat acri? — Iuuenalis.
luuntur fato funes, tormenta cataſtæ.
qui torquendi fuerant ſine fine flagello,
bera fortunæ mors eſt: quæ pauperis ædes — Horatius.
regum turres æquo moderamine uerſat.
ſi partitur malè opes fortuna nefandæ: — Virgil. de for.
q; bonos ſæuit, tollit uel in aſtra malignos:
tandem æquali, mors horrida, lance rependit,
uam ſibi periodum metam ſeriemq; diemq; — Martialis.
ors ſtatuit. ſeruat firmo hanc adamante ligatq;.
æ precibus flexura nihil ſola illa refutat — Eccleſ. 39. 1. Corin. 15.
uicquid in orbe placet: præceptaq; nulla ueretur.
gyrum uerſat ueſtigia dira: choream
ltæ & horridulam, cui nemo obſiſtere poſſit: — Eccleſ. 48. Eccleſ. 2. & 3.
on Papa, aut Cæſar, rex, præſul, ciuis, egenus:
epe prius laſſare pedes mors perfida cogit
uam credas cantumq; tubæ obſeruare ferocem.
rcophum facias quid prodeſt marmore & auro?
ui bonus eſt, cœlo tegitur ſi non habet urnam. — Horatius.
ta errore quidem, uano Arthemiſia ſtruxit — Arthemiſia, de qua Hiero. 7. a. g. lib. 10.
auſcolum, ſeptena inter ſpectacula mundi
uod priſci annumerant, auro gemmiſq; relucens.
tulit hinc Chemnis ſtupidam per ſæcula cuncta — Chemnis de quo Diodo. lib. 2.
ramidem, qualem nec ſol, nec tellus obiuit.
illia tercentena hominum per luſtra quaterna
Vt Diodorus ait) molem hanc uix condere poſſunt,

Quid? quòd opes penè exhausit Memphitica tellus
Quò plebem artificum solis radicibus atq;
Exiguis herbis aleret? quis cætera narret
Fercula? uix aliquis sit uel ditissimus ipse
Princeps ex nostris (nisi fallar) solueret illa.
Pyramidem Rhodopis struxit, diues quoq; Amasis.
Quid tamen hoc? frustrà est orbem diducere totum.
Est res uana quidem, quam uix hæc nostra carina
Concipit: impensas tot frustrà inferre sepulchris,
Et cineri atq; luto tantam ædificare speluncam.
Interea una salus animæ contemnitur atq;
Negligitur, quamuis uiuat per sæcula mille.
Terra Deo benedicta omnis: decorata sepulchra
Iustus habet: uel sub diuo, aut alicunde quiescat.
Tempestiuè igitur uenturam dirige mortem,
Conciliare Deo. scelerati pessima mors est.

Rhodopis de quo Herod. li. 2.
Amasis. Herod. li. 2.
Eccles. 8.
Matth. 23.
Lucæ 11.
Esaiæ 22.
Eccles. 7.
13. q. 2. ubicunq;.
Seneca.
Prouer. 11.
Psal. 33.

Contemptus in Deum.

Quòd Deus ad pœnas non pronus sæuit amaras,
Crimina quoq; hominum sæpe impunita relinquit:
Non ideo stolidam præbet tibi uellere barbam:
Nec Deus ignoscit sceleri, quin puniat olim.

Tarditatem supplicij Deus grauitate pœnæ compensat.

Quis

Quis tolerare queat fatuos? qui sæpe Tonantem — Iob 15.
Contemnunt uerbis, & certant murmure contrà: — Psal. 108. Eccles. 7.
Noctes atq; dies patris mandata superni — Exod. 16.
Confundunt, linguæ petulantia uerbaq; promunt — Daniel. 3.
Tanquam de nostri generis sit femine natus? — Sapien. 11.
Aequalis nobis, nec sit metuenda potestas
Iudicij superum, nec præsens pœna nocentum.
De Ioue quid sentis? cuius sic uellere barbam — Persius.
Audes, & teneras aures impellere tentas.
Mox Deus ad pœnas cum te non trudit amaras, — Eccles. 8.
Ignouisse putas: quia cum tonat, ociùs Ilex
Fulmine discutitur rapido, quàm tuq; domusq;.
O' malè fidentes, uitam sic ferre nocentem
Quid iuuat usq; adeò? Deus est super omnia iustus: — Ad Rom. 2.
Cuncta uidet: contundit enim sua lumina nullus.
Non' ne putas uitæ metam durare perennem:
Vt sint ad ueniam tibi tempora longa precanda?

O' fa-

Prouer.26. O' fatue enormis noli confidere rebus
Eccles.16. Pestiferis, omnes horrenda morte peribunt.
Hiere.13. Te peccare sinit siquidem diuina potestas
Esaiæ 47. Temporis ad spacium, parcit quandoq; nocenti:
Valer.lib.1. Sed grauius tandem tormentum rector Olympi
Inungit, torquetq; magis delicta nocentum.
Eccles.17. O' malè prudentes, quorum sic corda tenebris
Ad Rom.2. Obfuscata iacent, nequeant ut credere rectè,
Et curare Deum, quo sint elementa creata:
Psal.7. & 46. A' quo processit mitidus sol, lucida Phœbe:
Qui statuit lucem, & noctes & tempora cuncta:
Eccles.5. In cuius manibus spacium dependet utrumq;:
Et uitæ mortisq; gradus Deus omnia nouit.
Eccles.2. Quem peccasse pudet cui tædia uita probrosa
Hiere.18. Efficit & curat cursum emendare priorem:
Ezech.18. Hic speret ueniam facti pacemq; benignam:
Matth.3. Nam Deus omnipotens lugentem exaudiet ipsum.
Lucæ 13.

De blasphemijs in Christum.

Proh quicunq; Deo maledicis, conuitiumq;
Indignum iactas, linguæ & petulantia dicta:
Dignus es ut primum moriaris corpore, honore,
Atq; anima: Iudex qui sinit ista, luet.

Contra blasphematores.

Non sumes nomen Dei tui in uanum. Si quis blasphemauerit in Spiritum, non remittitur ei nec in hoc sæculo, nec in futuro. Longè grauius est æternam quam temporalem lædere maiestatem. de here. c. uergentis.

Funde

Fundę pias lachrymas, fletus, mœstamq; querelam,
Et gemitus tristes, docta Thalia precor.
Non sine luctifica possum deflere Camœna
Crimina, quæ temerè perfidus orbis habet.
Nam frustrà fatuos culpauimus hactenus omnes,
Si minus hos stultos concumulemus eis.
Contenti quidam non sunt quòd crimina mundi
Omnia pertractent, deteriora petunt.
Proh pudor, in Christum linguæ temeraria diræ
Tela uibrant, summo nil nocitura Deo.
Inuidiæ contra cœlestem uerba parentem
Mussant, & laceri pectoris arma petunt.
Hic capiti Christi blasphemat: murmura iactat
Alter in ætherei membra sacrata Dei:
Per iecur, atq; genas, iurat rigidamq; coronam:
Per cor: perq; pedes hic maledicta uomit:
Alter testatur transfixi uulnera Christi:

Matth. 12, 25, dif. qualis de pe. dif. 1. pena. Bea. Tho. 2. 2. q. 13. ar. 1. Leuit. 24.

Lucæ 12. Marci 3. Esaiæ 52.

22, q. 1. si quis per capillũ.

Ille

In auten. ut non lux. con. na. cir. ca. me. col. 6.
Ille crucem sacram polluit ille manus:
Hic ex spurcidico supplantat uerba palato
Improba, supremum torquet ubiq; Patrem.

2. Mach. 12. de pe. dis. 3. auctoritas. in tex. & glo.
Inmoderata nimis talis uesania: sæpe
Qua superos temere lædimus atq; Deum.
Hoc facit immodicus ludus, certamina uini
Hoc faciunt: quibus est ebrietatis honor.

Ad Rom. 2.
Gloria prima datur, qui scit maledicere Christo,
Qui iurat diuum, per caput atq; pedes.

Leuit. 20. Matth. 5.
Propterea mortes subitæ discrimina sæua,
In nos, & cœli fulmina iusta cadunt.
Nos patimur tremulis horrenda pericula membris.
Impunita Deus non sinit esse mala.

23. q. 5. quid ergo. 2. Para. 32. 2. Mach. 15. 2. Mach. 5.
O pater omnipotens, uenia dato, nec tua iusta
Vindicet ira malos qui maledicta ferunt.
Sennacherib nam sic periit: sæuusq; Nicanor:
Antiochusq; ferus, multi aliiq; simul.

De plaga & indignatione Dei.

Miratur fatuus putat & portenta subesse
Magna quòd interdum nos ferit ipse Tonans.
Quod Deus omnipotens punit mortalia facta
Ritè fit: heu nullus extat in orbe pudor.

Flagella Dei.

Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populū malū. Peccatores prosequūtur malum, & iustis retribuētur bona. Persequeris eos in furore, & conteres sub cœlis Domine.

Quid

yid prodeſt ſtultis Chriſti monumenta tenere?
Chriſticolum nomen prauus habere poteſt.
duerſus ſummi facimus præcepta Tonantis:
Nil modo curamus quæ ſtatuere patres.
os Chriſti titulum rapimus, documenta negamus:
Et ſequimur temere dedecus atq; nefas.
omen habere iuuat Chriſti fideiq; ſacratæ,
Verùm opera horremus, negligimusq; bona.
ſticiæm fugimus uirtutis ſacra fugamus
Dogmata. ſic mundus tranſit, & alma fides:
ibertate uaga facimus peccata maligna.
Vix maiora quidem crimina Turcus agit.
eu genus humanum uiolatum crimine multo,
Et uitijs, contrà nititur eſſe Deum.
um tamen omnipotens, mea ſi præcepta tenetis
Ducam (ait) ad ſuperi uos pia regna poli:
n leges poſitas & dogmata ſpernitis, atra

Prouer. 13.
Treno. 3. in fin.
Deutro. 25.
Hiere. 15.
Eccleſ. 37.
Eſaiæ 52.
Lucæ 21.
Iacobi 6.
Ioan. 8.

Iob 15
Eccleſ. 7.
Exod. 15.
Deutr. 11.
Matth. 7.
Ioan. 15.

Vos

Vos pœna afficiam peſte, lueq; graui.
Leuit.26. Numeri 14. *Quo fit ut ad prauas, horrenda piacula, gentes*
Mittat, & ardenti tela triſulca manu.
Ezech.38. Eſaiæ 59. Deutr.28. *Plagas in terras uarias, ſæuosq; dolores*
Inmittit iuſti dextra ſeuera Dei.
2.Reg.7. Luc. 12. Apocal.18. *Iam modò Mauortis trepidantia bella uidemus,*
Mortibus innumeris peſtiferumq; malum:
Interdum patimur rabidos ſub ſole calores,
Nonnunquam rigidi frigora dura poli:
Fulmina dira, niues, bolides, triſtesq; cometas,
Cernimus & ſummo fulgura miſſa Ioue:
Et uarios mundi caſus plagasq; timendas.
Ouid.in ep. *Quæ uenit ex merito pœna ferenda quidem eſt.*
Pſal.5.& 43. Eſaiæ 22. Iohel 2. Prouerb.14. Treno.5. Hiere.29. *Sæpe Paleſtinos Deus à regione paterna*
Expulit, & ſedes iuſsit adire nouas,
Propter peccatum, plagas ſufferre coacti.
Crimen perſequitur ſic Deus omne malum.

De fatua permutatione.

Qui pro ſtultiſona non bene tibia,
Commutat uel equum: noliger hic, nihil
Lucri conſequitur: ſic ſibi & accidit
Qui pro re fragili perpetuum fugit.

Fatua permutatio.

Qui uidet utillius & ſumit deteriora: abſit ei radius lucis ſine mora. Stultis non ſuccurritur, ſed errantibus. Via impiorum tenebroſa: neſciunt ubi corruunt.

Sæpe

æpe solet fatuus plures tolerare labores,
Atq; humeris grauius sollicitare iugum:
Quomodo Tartareis animam submergat in undis,
Et uideat Stygij guttura passa canis.
Quòd qui fortè heremum colit, inter lustra ferarum,
Continuò effundit uota precesq; Deo
Nos scelera impellunt plures subijsse labores
Quàm uirtus. facilis ad mala cuncta uia est.
Cernimus en quales pomposa superbia, fastus
Exigat atq; operis sit polienda quibus.
Ornamenta petit capitis, frontisq; coronas,
Vnguentum, uestes, atq; monile graue.
Ardor auaritiæ per sæua pericula multos,
Per casus uarios exitiumq; trahit.
Nauigat Hadriacum pelagus fluctusq; trementes
Quem studium nummi curaq; uana trahit.
Non metuit fluctus, tempestatesq; sonoras.

glo. Insti. quod cũ eo qui. in uer. scilicet. crit. & in auten. qui. mo. na. eff. sui. col. 7. l. pe. ff. de iur. & fact. ig. Ad Hebr. 11. Prouer. 2. & 4. Sapien. 12. Eccles. 2. & 32. Esaiæ 57. Terentius. Horat. in epis. Sapien. 14. Claudianus de raptu Proserpinæ.

Auri sacra fames pectora tuta facit.

Ec lect. 1. In epist. Saphus.

Nec dulces somnos capiunt mollemq; quietem:
Funibus immitis quos Cytherea trahit
Semper habent curas lusores: sæpe dolores
Noctes atq; dies pertolerare solent.

Treno. 4. Iuuenalis.

Quid ganeos memorare uelim, qui uentre refarto
In crapulis semper delitijsq; iacent?
Quid referam fatuum, quem uexat cura laborq;
Coniugis, in thalamo mutua stupra timens?

Sapien. 1.

Nemo tamen propter Christum sufferre labores
Promptus: ad interitum corpora nostra ruunt.

Iuuenalis. Eccles. 10.

Optima raro placent. probitas laudatur, & alget.
Nempe homines cunctos iam malefacta iuuant.
Virtutem studeat sapiens ampleclier usq;:
Crimina proueniunt pessima sponte sua.

Matth. 7. Ezech. 7.

Qui pro cælorum regno mercatur iniquas
Illecebras mundi, stultus inersq; manet.

Honorare parentes.

Hos reor insulsos fatuos pietate parentes
Qui non præcipua uenerantur, quiq; iuuamen
His placidum præstare negant, qui uerbera dira
Iurgiaq; his referunt: tales ratis illa recenset.

Honorare parentes.

Qui honorat patrem suum iucundabitur in filijs: & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum, uita uiuet longiore. Qui timet Dominum, honorat parentes & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt in opere, & sermone & omni patientia. Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris.

Hunc

nc etiam esse puto fatuum, stolidumq; parentem, Eccles.3.
Largitur natis qui bona cuncta suis; 3.q.5. omnes qui.
m quibus ipse suam posset sufferre senectam, 1.Tim.5.
Morte grauescente & recreare dies. Prouer.20. & 28.
probus inde senem natus caruisse parentem Beat. Tho. 2.
Sustinet, & modicum fert sibi præsidium. 2.q. c.22. ar.5.
nimium uiuax pater est, sibi tristia fata Prouer.28.
Exoptat natus, mortis & exitium Ouid. 1. Met.
n probitate quidem: nulla pietate mouetur Eccles.3.& 7.
Pro uita effœta, pro senioq; patris. Leuit.20.
lte parens, cur tu nato bona tota dedisti? Deutr.5.
Qui te nunc pascit impietate truci. Deutr.33.
tamen iste diu non uiuet tempora uitæ Exod.20.
Multa nec implebit morte repente perit, Matth.15.
ui patri & matri dignos non præstat honores: Mar.7.
Nec colit hos quorum sanguine uita data est. Ad Ephes. 6.
rte mala dignus reuerenter ferre parentes Deutro.17.
Prouer.20.

Qui negat, est Stygium dignus adire lacum.

Absolon. 2. Reg. 15. & 18.
Absolon insignis iuuenis, formaq; decorus
Contempsit patrem, morte quoq; interijt.

Cham. Genes. 9.
Quòd Cham nudasset stultus pudibunda parentis,
A patre cœlesti mox maledictus erat.

Leuit. 18. Sennacherib. 2. Para. 32.
Sennacherib manibus natorum morte peremptus:
At regnum potuit nullus habere tamen.

Daniel. 5.
Balthazar ex merito ducebat tempus & annos
Luctiferos, secuit hic quia membra patris:

Thobiæ 4.
Nato sacra dabat senior documenta Thobias,
Vt matrem ingenti ferret honore suam.

3. Reg. 2.
Propterea Salomon rex se de sede leuabat
Regali, matrem condecorare uolens.

Corilanus. Plutarchus.
Roma Corilano lueres, pœnasq; dedisses,
Si ueritus matrem non foret ille suam.

Hiere. 35. Eccles. 13.
Vnde etiam Rechab natos, Deus ipse probauit:
In patre quod fuerant, in quoq; matre pij.

De cauillatione sacerdotum in choro.

In choris sacris fatuos uidemus,
Prauitas oris quibus impudici est,
Eliquant nugas, recolunt q; totum
Gesta per orbem.

Garrulitas chori.

Cessent in ecclesijs uana & multo fortius fœda & prophana colloquia, cessent cõfabulationes quælibet, &c. Secularia negocia in ecclesia non debent tractari.

n templis fatuos plures nunc eſſe uidemus,
Stultorum in ſacris ſtat quoq; turba choris,
Qui nugas ſpargunt uarias, & murmura linguæ,
Atq; cauillantur uocibus aſſiduis.
Conſilium capiunt: quò narragonia fluctus
Feruolet Ionias, plauſtraq; lata parant.
O' quales ritus ſeruat nunc ſanctio quondam
Eccleſiæ: ô leue quàm contmet illa decus?
Nil agitur totum rigido Mauorte per orbem,
Accidit externis nil quoq; grande locis,
Quod non in ſacris recitetur ſedibus: adq;
Feruolet extremos ultima fama choros.
Prælia geſta quidem fors in regione Britanna,
Prælia q; à Turco pontica geſta truci,
Illic narrantur quoniam reuerentia nulla
Diuini cultus, nec pudor ullus adeſt.
Diſcurrit baculo quoq; dormentarius albo,

e. decet. de im mu. eccl. lib. 6. c. cum de- corẽ. de uit. & hon. cle. Hieron. ad Damaſum. Pſal. 38. & 72.

Ad Epheſ. 5.

Prouerb. 5.

dormẽtarius

Et noua multa refert per loca cuncta chori.
Sæpe matutinas, rerum nouitate relata.
Incipiunt, nugas commemorantq; nouas
Hoc rumore solent totum consumere tempus,
Soluere quo decuit cantica sancta Deo.

glo. c. si de cle. non resi. lib. 6. Psal. 15.

Feruor auditiæ multos ad limina templi
Conuocat, ob nummos carmina rauca canunt.
Tutius usq; foret sacros uitare penates,
Quod fit sacrilego polluere ore choros.
Extra stare uelis potius sacra limina templi,

Eccles. 21 16. q. 7. & hoc diximus.

Si placare Deum garrulitate putas.
Simplicibus prauos mores exemplaq; praua
Presbyteri monstrant scandala plura mouent.
An ne putas tali ritu te posse mereri.
Presbyter ecclesiæ, & dona sacrata Deo?
Nam precibus uotisq; pijs laudare Tonantem
Conuenit. hinc nugas pellite ab æde sacra.

Superbiæ ostentatio.

Sordida laus semper proprio quæ prodit ab ore:
Hanc sapiens refugit.
Efficit & fatuos pomposa superbia plures,
Tartara quos rapiunt.

Superbia.

Auerte faciem tuam à muliere corrupta: & ne circumspicias speciem alienam: propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Gladio proprio eius superbia amputetur. capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percutiam eum ex labijs charitatis meæ.

Efficit

Efficit & fatuos insana superbia multos,
Quos uehit in nostro carmine cymba leuis.
Est uitium sceleris plenum, & cunctis fugiendum,
Sordibus excedit crimina quæq; suis:
Primus apud superos nauem hanc fabricauerat olim
Nequitiæ inuentor perfidiæq; parens,
Qui genuit fatuos quosdam, fastusq; superbi
Progeniem ponens se procul ante Deum:
Corda rapit quorum pomposa superbia: iactant
Qui quoq; quod studio non meruere suo.
Dicit enim fatuus, me docta Bononia pauit
Artibus, & sophiæ dogmata culta bibi.
Hinc dignus primam mereor conscendere sedem,
Atq; inter claros continuare locum:
Alter in argiuis ludos celebrasse palæstris
Se iactat nouit uix elementa quidem.
Si cuperes sacræ suauissima dona Mineruæ

Eccles. 9. & 11.
Iudith 9.
Psal. 90. & 123.
Prouer. 7.
Eccles. 7.
Ouid Met.
Esaiæ 13.

Thobiæ 4.
Iacob 4.
6. q. 1. imitare.

12. q. 2. gloria epist. in fi.
Peregrinatio non facit me diecum. nulla ars loco discitur, ut ait Senec.

 Carpere,

Carpere, sufficeret Teutona terra tibi.
Pascit & egregios iuuenes Germania pugnax,
Eloquij quorum nunc monumenta uigent.

Iohel. 2. *Hinc tumida debes non mente superbior esse,*
Vidisti externi quòd loca magna maris.

Eccles. 10. & 27. *Sed quia principium uesana superbia cœpit:*
Hanc fugiat sapiens, effugiatq; bonus.

Lucæ 10. *Lucifer ætherei clarus confessor Olympi*
24. q. 2. quidã. *(Candor erat cuius mirificusq; nitor)*
uer. luciferiani. *Corruptus fastu, cœli contemnere patrem*
Ausus, tartareas mersus inuit aquas.

Iob 10. *Hunc sequitur pomposa cohors ad tartara nigra:*
Prouerb. 15. & 8. *Ad Stygias undas turba superba ruit.*

Psal. 17. *Lucifer & socij fatuis nunc retia ponunt:*
Sapien. 5. *Inflatas animas cum quibus usq; rapit.*

Prouer. 14. *Virtutes cunctas, mores q; superbia sola*
Iob 26. *Destruit. indecores hæc facit esse uiros.*

Eccles. 11. *Fœmineum in primis genus ampla superbia uexat,*
Prouer. 11. *Qua se continuo uestit, & usq; polit.*
Eccles. 7.

Eccles. 19. *Fœmina quam fastus tumidus rapit atq; superbus,*
Prouerb. 5. *Seducit multos, insipidos q; facit.*

Holofernes. *Adsit in exemplum Iudith, qua dux Holofernes*
Iudith 9. *Interijt, quamuis fœmina casta foret.*
Iesabel 4. Regum 9. *Iesabel ungebat faciem uultum q; fucabat,*
Dum putat insigni posse placere Iehu.

Eccles. 14. *Est mulier uitanda procax. Sapientia clamat:*
27. q. 5. nec Salomon. *Lasciuis oculis pectora casta necat.*

Prouer. 14. *Fœmina uera humilis titulos sectatur honoris.*
Eccles. 25. *Laudibus & fruitur fœmina casta bonis.*

2. Reg. 11. *Bersabee si non nudasset crura uenusta,*
Rex Dauid facinus non subijsset atrox.

Plura

lures seducit fastus, mentisq́ superbæ Eccles.10.
Gloria, quæ fatuos iam sine fine parat. Iohel 2.
lt Deus omnipotens mentes animosq́ superbos Nume.15.
Fastidit pœna persequiturq́ graui. Thobiæ 4.
œlix cui nondum uesani gloria mundi
Imperat, aut qui non ambitione cadit:
Cogitat æterni quæ sit possessio regni,
Angelici lapsum cogitat atq́ chori.
Rebus in externis nil sordida nomina quærit,
Contentus paucis: & moderata colit.
Luciferi casum fatui experiuntur inertes.
Præcipitant Stygijs corda superba uadis. Iob 41.
Dum sibi, dumq́ suis, Coreq́ Dathanq́ Abyronq́ Esaiæ 14.
Officium usurpant, ferreq́ thura parant: Nume.16.
Scandere dum fecit uesana superbia stultos, Psal.105.
Deglutijt uiuos terra reclusa uiros.

De usurarijs & fœneratoribus.

Quos usura uorax rapit, & malus ardor habendi:
Ad naues fatuas properent, strictosq́ rudentes.
Hi sunt qui spoliant inopes: hi fœnora iactant,
Vendunt, rursus emunt, rapiunt, sed merce dolosa.

Vsurarij.

Exigua dabit & multa improperabit. hodie fœneratur quis, & cras repetit: & odibilis est homo homini. Mutuum dantes nihil inde sperantes. Si quis usuram accipit, rapinam facit, uita non uiuit.

Prouer. 28. Lucæ 6. Inno. in c. 1. de usu. Bal. in aut. ad hæc. C. eod. tit. 14. q. 4. per totum. c. 1. de emp. & uen. Eccles. 42. Esaiæ 33. Ezech. 15. Abacuc 2. 19. q. 4. canonum & c. fe. & c. pe.

Veior adhuc superest fatuorum & turba probrosa,
Quam cupiunt satyri dilaniare canes.
Est nimium mendax, est sordida, turpis, auara:
Fit nullis opibus hæc satura inumeris.
Pestiferam hanc turbam iuris torquere potestas
Debet, & ad meritum perdere supplicium.
Digna quidem flagris: rapidissima turba peculi
Nudare exutos impietate studet:
Atq; auidis nummis cumulat frumenta, merumq;.
Frugibus aggestis horrea plena facit.
In cella atq; penu spumantia uasa Phalerni
Continet & Cererem, & grana uetusta nimis:
Sola tenet frugum, uini quoq; pessima turba,
Ciuibus inumeris quod satis usq; foret.
Nil metuit superos, nil fulmina dira Tonantis:
Per scelus atq; nefas sordida lucra parat.
Parturit illa famem fœdissima turba sitimq;.

Et

Et plures inopes impietate necat. Matth.23.
ustior & melior nunc est recutita caterua, Leuit.25.
(Vsuram quamuis exigat illa grauem:)
t magis est fœnus tale intolerabile, quod nunc Deutr.23. Exodi 22.
Nostrates rapiunt. Christicolumq; genus. Hiere.5.
ellitur à nostris Iudæus finibus exul:
Sunt quia Christigenis fœnora uota uiris. Luce 19.
quam dura nimis nudos exactio uexat Psal.71.
Nunc homines. inopis perforat hasta latus.
uos trahit usuræ quæstus. lucrumq; dolosum, Eccles.27.
Ardor auaritiæ quos trahit, atq; sitis:
on fœcunda petunt telluris semina: uites
Exoptant steriles, ut fluat inde fames.
lis quia frumenti, rerum est & copia cornu:
Mox ridet, si fors culmina grando ferit. 14.q.4.nec hoc & c.se.&
unt spurci penitus. qui turpia lucra requirunt c.quicunq;
Alterius damno, diuitias q; legunt.

De uana spe futuræ successionis.

ebus in externis est qui successor haberi
perat, & alterius de funere gaudet acerbo.
t sæpe ante illum mortem prægustas, & is quem
d tumulum deferre putat, sepelitur ab illo.

Optare aliorum mortem.

In mortem alterius spem tu tibi ponere noli. Hæreditas ad quam festinatur in principio: in nouissimo benedictione carebit. Expectatio iustorum lætitia: spes autem impiorum peribit.

Quis

de concess. præben. c. 2. & c. ne captandæ. eo. ti. lib. 6. l. stipulatio. ff. de uer. ob. l. quidã. ff. de dona. Eccles. 31. Treno. 5. Esaiæ 30. 1. Timo. 6. Prouer. 20. Eccles. 44.

Quis fatuos tolerare queat, quos ardor habendi
Protinus insanos, insipidosq; facit?
Qui cupit alterius rerum successor haberi,
Et bona nanciſci qui cupit alterius:
Expectet fatum quod dissolutio uitæ est:
Successor fieri qui cupit alterius.
Sed quia mors hominum manibus non ponitur ullis,
Cernimus hos fatuos sæpius antè mori.
Alterius mortem sperantibus, accidit inquam
Sæpe priùs mortem ut præcipitanter agant.
Non'ne furor stolidus, mortem sperare propinqui,
Vilibus in rebus hæres ut esse queas?
Spes tua uana nimis, quoniam tua funera nescis:
Te sequitur pedibus mors properata citis.
Narragonum in patriam te præceps ducet asellus,
Quem trahis, ut fatuos possis ubiq; sequi.
Spes est quæ nutrit. spes est quæ pascit iniquos,

Hiere. 12. Sapien. 3.

Eccles. 6.

Spes

Spes reficit dominum, fallit & ipsa suum. Eccles.38.
Quamuis possideas robustæ membra iuuentæ Prouer.10.
Viuida sis fortis, sit tibi sana cutis: Oseæ 5.
Tamen expectat te formidabile lætum,
Morte cadunt iuuenes, decrepitiq; senes. Prouer.12.
Spe pater nati mœstissima funera luget.
Ergo spem fatuam crassaq; uota capis.
Ex Priamus natos fortes occumbere uidit: Priamus de quo Iuuenalis.
Quos tamen optabat tunc superesse sibi:
Absolon, egregij dum sperat sceptra parentis, Absolon. 2. Reg. 18.
Nondum maturus funera mœsta dabat.
Heredem quando quę facit mors pallida quem non Hiere. 8.
Sperabas. fatuos fata futura latent. Nume. 25.
Non super humanis rebus spem ponite uestram: Psal. 36.
Sperandum est soli uiuere posse Deo. Eccles. 4.
Es ea stulta nimis, semper sperare caduca: Prouer. 28.
Et non quo tandem sistere fine uelis. Eccles. 10. & 19.
Psal. 54.

Non obseruare dies festos.

Qui diem festum meritis decoris
Non colit, tractans auidos labores:
Mœæ currum, fatuamq; rhedam
Scandere debet.

Non obseruare dies festos.

Memento ut diem sabbati sanctifices. septimo enim die est sabbatum domini Dei. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septima dies sabbati est: id est requies domini Dei tui. Non facies in eo quicquam operis, &c.

Prob

Exod. 20. & 31. Leuit. 26. Ioan. 17. Deutro. 5.

Proh pudor in cæcis nunc gens humana tenebris
Ambulat, & ſani nil modo cordis habet.
Eſt data Chriſticolis ſupremi gratia regis,
Vt noſcant, fidei per documenta Deum.
Electiq́ Deo ſint, ad ſua regna uocati:
Qui tamen illius dogmata nulla colunt.
Sancta fides cultu nunc flaccida facta pudendo,
Viz ſpecimen priſcum continet atq́ decus.

Hiere. 17. de fer. c. 1. & ul.

Pontifices ſanctiferias ſtatuere ſolennes,
Feſtaq́ ſanctorum, ſacrificoſq́ dies:
In quibus æterni reſonarent cantica patris:
In quibus angelicus concineretq́ chorus.
Sed quia curamus plus uani ludicra mundi,
Et plus ſordiduli corporis illecebras,
Negligimus fidei ſpecimen, ritusq́ decoros:
Curamus legum myſtica ſacra nihil.
In ſacris agimus conuiuia craſſa diebus:

14. q. 1. edi. de con. dis. 1. in die.

Conſi

Continuis crapulis cœlica festa madent. 24.dist. cum
cia cum dantur feriæ & mortalibus, illi Ieeat.
Non prece, nec templo, at ebrietate litant. 23.dist. his igi
ntea quam festis reseratur porta diebus tur.
Ecclesiæ, populis uncta taberna sonat. 44.dist. non
e bibit stomacho ieiuno: deuorat alter oportet.
Antequam templi limina sacra uidet. Senec. ad Lu
cil. in epist.
yæ non concessis uolumus tractare diebus, 28.c. placita.
In celebri cupimus continuare die. 14. q. 4.
De con. dist.
um ferit in templo fidei præcepta sacerdos: 3. Irreligiosa.
Assum atq; elixum, uinaq; larga glutis.
on nisi thuriferas concedis potus ad aras: 1. Thess. 5.
Orando ructas, euomis atq; preces Act. 2.
ulte labor manuum sacris cessare diebus Esaiæ 28.
Conuenit, impositis disce uacare bonis.
bbata sanctifices, cecinit tibi pagina Christi, Hiere. 17.
Sepositis rebus: hæc sacra sola cole. Leuit. 25.
Marc. 2.
Ioan. 9.

Largiri & pœnitere.

ui dolet & mœret propter, quod uertere nequit
fatuus, quoniam cura torquetur inani.
æterea est stultus, qui dum largitur amico,
mittet: hic donum perdit, meritumq; prophanat.

Cum tristi uultu donare.

Da facie læta: sine lætitia facies Quod dederis, perdis rem meritumq; rei. Hilarem datorem diligit Deus. Beatius est semper dare quam accipere.

Quid

glo.in c.1. de dona.22. q.6. ex his omnibus.

Quid ſit largiri, quid ſit donare docebo
Virtus magna quidem eſt ſi pietate facis.

2. Corinth. 9.

Mentibus humanis gignit ſolatia læta
Hæc uirtus: ſi quid dexteritatis habet:

Eccleſ.12.

Munera qui placidis manibus largitur amico,
Donat & emerito præmia digna uiro:

Ad Coll.3.

Laudibus egregijs, fama eſt cantandus & acri:
Is uirtutis item nomen habere poteſt.

Ad Hebr.4.

Ille tamen fatuus, qui cùm largitur amico,
Pœnitet hunc miſii muneris atq; dati.

Eccleſ.18.

Sæpe etiam donat hilari non mente bonáq;
Pallor at in facie, triſtitiesq; ſedet:
Atq; datum propter, fatuos euellere crines

Eccleſ.20.

Audet, & improperat quæ dedit antè, citò.
Munera perdit iners nam grates ſoluere nemo
Huic cupit, ingrata qui bona mente facit.

Eccleſ.25.

Ille tamen peior, pro Chriſti qui dat amore,

Pœnitet atq; operis, muneris atq; citò.
uippe Deus fatuo non semper præmia, mox' ue
Transmittit sapiunt libera dona Deo. Cantic.8.
m Deus omnipotens hominis nil munera curat, Eccles. 14.
Ast animi donum pensitat ipse pij. Prouer.3.
iicia uultus inopi qui donat amico, Eccles.4.
Largiturq; bonis ex pietate uiris:
nsequitur laudes, & grates semper habebit.
Optima de grato munera corde fluunt. Prouer.28.
ngimus interea fatuum quoq; munera semper
Qui capit ingratus attamen usq; manet, Seneca de in gratitud.
rcidius nihil est ingrato, nil quoq; peius. Tullius in Off.
Hoc uitio rapitur maxima turba nimis. Sapien.16.
r bonus & sapiens grato citò donat amico: Eccles.29.
At studeat gratas ille referre uices.
donare uelis, fluat hoc ex corde benigno: 2.Timo.3.
Sic dabitur meritis gratia prompta tuis. Lucæ 6.

De accidiæ uitio.

ccidiæ uitium toto dominatur in orbe:
egnities q; hominum nunc genus omne premit.
rpora seruorum torpent, fugiunt q; labores:
Omnia agunt uetulæ: sed precium accipiunt.

Accidia.

Somniferũ semẽ spergo atq; papauer, ut inde Dormiat & deses, dormiat usq; piger. Vult & nõ uult piger: anima aũt operantium inpinguabitur. Sicut acetum dentibus & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum. Vsquequo piger dormis, quando consurges è somno tuo? paululũ dormies, paululum dormitabis, & ueniet tibi quasi uiator egestas.

Tho. parte. 1. q. 63. art. & 2. 2. q. 35. ar. 2. & in. q. de malo. q. 2. ar. 2.

Torpor sit quamuis mentis destructio, cunctis
Pernicies: tamen hunc sedula turba petit.
Vnde etiam accidiam uitium prægrande putamus,
Ex cuius gremio, proh, mala magna fluunt.
Quem premit usq; adeò torpenti in corpore languor
Accidiæ, aut cuius marcida membra iacent,
Desidiam propter nequeat quòd uoluere crura,
Sed patitur lassos, igne perire pedes:
Est fatuus uecors, & nigro stigmate dignus,
Præstet ut exemplar desidiæ usq; suæ.
Desidiosus homo cunctis incommodus horis,
Luminibus fumus ceu malus esse solet.
Assiduè solitus flammas seruare camini:
Obstat enim sibi met solus ubiq; piger.
Fœlix qui iusto exercet sua membra labore,
Et manibus panem quæritat usq; suis.
Sed Deus hunc punit tormento sæpe cruento,

Prouer. 6. Sapien. 15. Prouer. 15. & 26. Prouer. 18. Prouer. 10. Eccles. 10. Prouer. 20.

Quem

uem premit assiduè torpor & accidia. Prouer. 21. & 22.
nia largitur Deus optimus ampla labori. Job 5.
on is manducet quiq; labore caret. Eccles. 2.
diæ uitium metuenda pericula mundo Eccles. 11.
ulit, ad facinus principiumq; dedit.
Dauid torpore graui & cum deside uitâ 2. Thessa. 3.
ctus adulter erat, atq; homicida simul. 2. Reg. 11.
a labore uigil fregit Carthaginis arces. August. de Roma.
sidia interijt Roma superba sua.
uam militia & belli sudore uacabant
mani, & nusquam bella uel hostis erat; Appianus.
dia & luxu, robur Romana iuuentus
rdidit hoc cecidit inclyta Roma modo. Ouid. in Fast.
prius externis pugnisq; & Marte feroci
scebat fortes bellica Roma uiros.
ostquam luxu fracta est, Veneriq; parentam
cebris uires perdidit illa suas.

De externis & infidelibus fatuis.

osui externos fatuos, qui nomina gestant
iciæ, nostrisq; fidem insipientibus addunt:
nuis non digni nobiscum soluere nauem,
tamen ad sortem puppis numerumq; uocati.

De extraneis fatuis.

Generatio hæc peruersa est & infideles filij. Incrassatus est, dilatatus & recalcitauit incrassatus impinguatus, dilatatus. dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

Eccles. 10.
2. Corin. 4. & 6.
Sapien. 14.

Ecce sed externi fatui subsellia ponunt,
Vt possint pictæ nauis habere locum.
Insuper occurrit fatuorum maxima turba.
Quæ pene & terras & freta cuncta tenet.

1. Corinth. 7.
2. q. 1. multi de diuor. gaudemus.

Quos ideo externos reputo, quia sunt procul extra
Septa Dei, & ueram catholicaḿq; fidem.
Negligere hos potui, tenebrisq; relinquere. quid nam
Ad nos de fatuis quos foris error habet?

92. dis. pluri-mos. 16. q. 1. in canonibus.

Sunt adeò cæci: nullo medicamine possunt
Sanari, ut linquant quos coluere deos.
Liberiùs fuerat gentes transire silendo
Sordifluas, quarum pectora dæmon agit.
Tantus item numerus, tanta est fera turba cohorsq;
Stultorum fidei quæ sacra iura negant:
Vt nequeat cunctos parui membrana libelli
Complecti. sectas est meminisse satis.

Turci.

Turcorum gens prima locum stultos tenet inter

Atq;

Atq; Saraceni, Tartareiq; canes: Saraceni.
os Mahumætanæ legis tenet impius error, Tartari.
frica quo tota est capta, Asia atq; potens.
gna quoq; Europæ iuncta est modò portio nauis.
Quam modò nostra uehit: Sarmaticosq; Scythas Scythæ.
la Bohemorum fidei ludibria tractat. Bohemi.
t Morauis nolas stulticiæ illa dedit. Mōraui.
i meritò in prima fatuorum puppe locantur:
tulti etenim ignaui dogmata falsa colunt. Praga.
gensis schola præcipue quæ fulguris instar
ecidit à summo sponte sciensq; gradu.
nmemorasse uelim cunctos qui dogmata falsa, Hæretici.
rarumq; colunt uana mmisteria:
stra quibus sacra relligio, ueneranda fidesq;
ensetur mendax falsa, prophana, leuis. C. de his qui sibi mer. con scil. una.
er eos fatuos memorem quoq;, morte cruenta 23 q. 5. placuit.
lut laqueo frangunt, qui sibi sponte gulam.

De fidei catholicæ, & Imperij inclinatione.

s ô Christicolæ proceres ex corde precamur
i manibus uestris fidei monumenta tenetis,
nsilio magno, rerum perpendite casus:
mihi stultigeram, quam monstro, relinquite mitram.

De reipublicæ Christianæ interitu.

Omnes uobis dies ac noctes contingat cum omni iucubratione & cogitatione degere semper, uolentibus ut aliquid utile & placens Deo subditis præbeatur: & noctibus sub æqualitate dierum uti: quo uobis subiecti sub omni quiete consistant, solicitudine liberati: nec cessate inquirere si quid sit, &c.

In aut. ut iud. sine quo fess. in prin col 2. in aut.° ut diuit. iuss. in prin. col. 8.

Dum meditor lapsus, quales respublica Christi
Perfert, & fidei damna uerenda sacræ:
Innumeris cogor lachrymis properè ora rigare,
Et gemitu sortem plangere sæpe grauem:
Lucliferis deceat contundere pectora palmis,
Feraliq; tuba grande fugare nefas.
Nemo adeò durus, nemo tam saxeus usquam,
Qui non hos casus lugeat atq; fleat:
Ecclesiæ uideat cum sic decrescere sedem:
Quandoquidem in lapsu sacra cathedra iacet.

Roma deque cadent.

Roma caput mundi nutat, tremit, atq; labascit.
Debilibus uehitur fors modò nostra rotis:
In miseroq; gradu Christi respublica passim
Fluctuat & subita mobilitate fremit.
Dogmata non solùm fidei, legesq; sacratæ
Decrescunt, sed enim sanctio quæq; ruit.

Causa defectus fidei. *In culpa proceres sunt, & torpentia corda*

Regum

Regum, qui manibus bellica tela gerunt.
i fidei quamuis clypeum sceptrum, armaq; portant,
Lumine sed patulo, tristia fata uident.
lemo rapit galeam, nemo iam classica pulsat,
Magnanimo nullus pectore signa gerit:
i modò Romanam defendat Marte parentem; Matth. 8.
Nauiculam Petri uentus & unda quatit.
na fides Christi toto uenerabilis æuo,
Quæ potis est cunctos sanctificare uiros,
lunc titubat, lapsumq; timet, subitamq; ruinam
Et casus metuit præcipitanda trucis.
rma parant contra, peruersæ Martia gentes
Ecclesiam, tumido quæ tremit acta freto.
ix tenet illæsam Christi respublica sedem:
Cladibus at tandem mox quoq; lassa ruet.
mpugnat Turcus, Scythicis primum ortus ab oris Turcus.
Ecclesiam Petri, dilaceratq; fidem.
mpia iura dedit Mahumætus pseudo propheta. Mahumætus.
Gentibus immodicis legifer ille fuit:
estiferas totum sectas diffudit in orbem:
Atq; Arabis primùm dogmata falsa dedit, Arabia.
nde Asiam inuertit maiorem, Africq; sequutò Asia.
In sua iurarunt impia uerba uiri. Africa.
oldanum Aegypti, Mauroq;, & Tartara regna
Et cladem fidei, Turcum habet ille, sacræ: Turcus ex Caspijs mon-
Qui Gethicis nuibus quondam contentus, & aruis sibus.
Sarmaticis, pontum nunc habet Ionium.
Bosphorus at Thraciæ, septem quoq; regna Trionis: Bosphorus.
Nec fuerant Turco regna paterna satis. Thracium.
Perdidimus Libyæ gentes, Asiamq; minorem, Libya.
Asia minor.

Quæ quondam coluit dogmata sancta Patrum,
Europæ multos populos amisimus heu.
Hungaria. *Hungarus atroces sensit adesse manus.*
Dalmatia. *Dalmata mortiferos insultus sæpe cruento*
Marte tulit, Turcos dispulit atq; truces.
Raro sed auxilium Christi de milite sensit:
Deserimus fidei culmina sponte sacræ
Heu nihil accrescit nobis, sed cuncta labascunt.
Decrescit uirtus, marcet ubiq; fides
Hiere. 9. *Tristibus in lachrymis quis non hoc flebile fatum*
Treno. 2. *Plangat? Cæsariem dilanietq; suam?*
Græcia. *Perdidimus Graios, fidei quos dogmata nostræ*
Thracia. *Continuere diu, perdidimusq; Thraces.*
Macedonia. *Sub iuga Turcorum Macedon transiuit, Achiuus*
Achaia. *Ceruicem pariter ad iuga dira dedit.*
Thessalia. *Perdidimus Spartam, Thebasq;, & Thessala tempe,*
Mysia. *Nos Mysias nuper perdidimusq; duas.*
Constantinopolis. *Gallata nunc seruit, noua Romaq; Cæsare digna*
Trapezos. *Imperium amisit, cum Trapezonte, suum*
Quid iuuat innumeras chartis memorare ruinas?
Christicolis pudor est sic cecidisse fidem.
Omnia Turcus habet, nec enim est contentus in illis
Istria. *Quæ male possedit nos quoq; habere cupit.*
Pannonia. *Non satis Istricolas, Styriosq;, & Pannona rura*
Tutari à Turco gens modò nostra ualet.
Illyria. *Illyrici trepidant, insultus appula rura*
Apulia. *Turcorum metuunt. Itala terra tremit.*
Italia.
Sicilia. *Vix se defendet fumantibus Aetna cauernis:*
Enceladi ceruix sentiet illud onus.
Danubius. *Ister & indomita Suæuorum ab origine natus,*

Tur-

Turcorum metuit nunc tolerare iugum.
ncta Rhodos defende fidem, Mahumetica sacra — Rhodos.
Dirue, saluificam contueare crucem.
iazit princeps, sua gens quem nomine diro — Baiazit. Hadriani.
ldrimi uocitant, arma seuera parat:
rriferis bellis nostras contendit in oras,
Et properat sanctam uertere ubiq; fidem.
rcitus est furijs, facies præcincta colubris
Eumenidum: cordi Bacchicus ardor mest.
nguine Christicolas laceratq; & morte cruenta
Afficit, abducit, carcerat, interimit.
a sitis Turci satiatur sanguine nullo: — Esaiæ 66. Ecclesiastæ Romæ.
Marte fores pulsat Christicolumq; lares.
oma decus fidei, Petri sanctissima sedes
Ni caueas, lacera fronte capistra geres.
uomit en rabiem toruam hæc Acherontia secta,
Et furit, ut laniet teq;, sacramq; fidem.
leu lupus innocuum passim consumit ouile, — 43. dist. sit rector & c. Ephesio.
Et uorat insontes dissipat atq; uiros:
iripit infantes, matres castasq; parentes
Enecat, imberbes cum senibusq; rapit.
'orpor habet mentes nostras, præcordia marcent,
Perpetuusq; premit pectora nostra sopor.
los apud indomiti lex est & copia Martis,
Sunt & magnanimi, signiferiq; duces:
'unt uires animi, sunt & conamina belli,
Consilium prudens, ingeniumq; ferax.
ttamen immanes patimur procedere Turcos, — 9. quamuis. de reg. iur. in sexto.
Perdimus & nostro crimine sponte fidem.
Dormitant reges, proceres, Palinurus in undis

Mortiferis recubat, qui caput orbis habet.

Psal. 75. Naum. 3. Esaiæ 51.

Dormitat nunc Petre tuæ ditissima sedis
Turba: patet Turco dilanianda fides.
Nemo uetat sæuire trucem per regna, per urbes,
Hostem. sponte sua quisq; perire cupit.
Europæ magnam partem perfregit, habetq;.
Extenuat nostram uictor ubiq; fidem.
Turcorum rabiem iam crimina nostra merentur:
Ob scelus atq; nefas pœna luenda uenit.
Diuitias colimus, nummis componimus aras.
Exulat & uirtus, exulat alma fides.
Auri sacra fames, rerum quoq; uana libido,
In pœnas meritas pectora nostra trahunt.
Cœlica pulsa quidem terras Astræa reliquit:

Eccles. 14. Ioan. 19. c. inter quattuor. de ma. & ob. c. nimis. de priuile.

Et partem imperij nunc sibi quisq; rapit.
Olim Roma potens, patres, fideiq; sorores
Quattuor elegit, cum quibus esset honor:

Jerosolyma. Alexandria. Antiochia. Constantinopolis.

Sacratas Solymas, urbem à nomine dictam
Fortis Alexandri: sedem etiam Antiochi.
Quarta soror Constantis erat noua Roma: sed omnes
Has premit imperio turba nefanda suo.
Gentiles iterum sectæ pseudoq; prophetæ
Exurgunt. nostram contaminare fidem

Causæ desolationis fidei. Leuit. 26.

Nemo uetat, rigidis sunt pectora nostra tenebris
Subruta: Christicolæ lumina cæca gerunt.
Hos meritò lapsus ob crimina nostra seueros
Nunc patimur: Christus denegat auxilium.

Prouer. 28.

Maior in immani nunc est reuerentia Turco,
Maiori cultu dogmata falsa colit,
Quàm nos Christicolæ legemq; fidemq; beatam.

Fœdera

Fœdera rupta cadunt, pax quoq; nulla manet.
Impietas usura placet, spolium'q; bonorum.
In ciuem ciuis filius in'q; patrem.
Quilibet alterius gliscit contingere terras,
Ejicit atq; alium, sede loco'q; suo.
Christicolas proceres uexat concordia discors. Prouer.17.
Priuata utilitas uertit ubiq; fidem. Hiere.15.
Mirandum iccirco non est si perdimus urbes
Innumeras, terras, regna uetusta simul.
Nil restat. Turcus Martem mox ducet in oras
Nostras: nil Turcum classica nostra uetant.
Porta patet, uia facta palam, Roma inclyta Roma Romanæ urbis principia.
Vix tandem euades: sæua procella uenit.
Condidit initiò te rex, te consul adauxit:
Mox tetigit summos uertice Roma deos.
Cæsareis tandem sceptris subiecta, sed inde
Libera facta nimis, mox quoq; sceptra feres.
Nemo uetat: minuit'q; fidem iam noxia culpa Pietæ.11.
Nostrorum scelerum: conscia pœna subest. Ad Hebr.8.
O' proceres Latij, tu'q; ô Germania fortis, Exhortatio.
Vos rigidi Galli, Pannoniusq; ferox,
Et tu papa sacer, Christi defendite nomen, Concordia paruæ res creſcunt, discordiis maximæ dilabuntur.
Bellica uictrici stringite tela manu.
Inter uos pietas, sit pax, constantia firma Salustius.
Sacra fides, nexu perpetuatus amor:
Vnus & assensus, concordia fida, manus'q;
Iuncta sit: arripiat quilibet arma citò.
Possumus è nostris procul hinc expellere Turcum
Finibus, & Christi sic stabilire fidem.
Spes quoq; adest nostris firmissima gentibus una,

Quòd

Maxmillanus imperator sanctiſsimi Romani imperij.

Quòd ſceptrum imperij Maxmilianus habet:
Afflictis poterit ſolus ſuccurrere rebus,
Et Solymas propria nunc reparare manu.
Viribus Alcidem ſuperat præcellit Achillem,
Cæſaris, hoc uno eſt principe: fama minor.
Nil mihi Pompeius Magnus, nil Silla, Camillus
Laudandi mea laus Maxmilianus erit.
Cæſareo dignus princeps diademate, ſedem
Eccleſiæ firmet, imperijq; ſacri.
Victrices aquilas, uictricia ſigna per orbem
Conſtituet, Turci diſſipet atq; minas:
Mox Solymas, ſignumq; crucis, tumulumq; ſacratum
Reſtituet. regi cœlica turba fauet.

Apoſtropha ad Germanos.

Sed uos Germanos proceres, gentesq; potentes
Admoneo, precibus inuigilate meis.
Quandoquidem Latij dominos dormire uidemus:
Auſonidum torpent membra, laſſa ducum.
Dormitant Siculi reges, Galluſq; ſuperbus.
Eccleſiæ dormit negligit atq; cohors.
Cuncta uidemus enim, ſcimus quoq; poſſumus atq;
Nec uolumus: cunctos ſponte perire iuuat.
Ergo per immanes ducatis claſſica gentes,
Addite Tarpeio corpora uicta iugo.

Apoc. 17.

En aderit uobis præſenti numine Chriſtus:
Cœleſti franget impia caſtra manu.

Maximilianus rex Romanorum.

Maximilianus adeſt quo maior tempore nullo
Rex fuit, à digno ſtemmate ſceptra gerens.
Inuidet quicunq; uelit, non iuſtior illo
Principe, non heros clarior ullus eo.
Cæſareum profert uultum, in ceruice niteſcit

Maie-

Maiestas, mores nobilitatis habet:
Fraudibus attentat nihil hic, nihil ille dolosum
Concipit, at plano tramite uita meat.
Hunc non insani fastus, sed candida uirtus
Eleuat, hic solus fœdera pacis amat.
Hoc duce crescet honos terris hoc principe sancto
Possumus in tuta pace manere diu.
Liuida corda cadent, quæ nutu sæpe superbo
Impediunt regem, consiliumq; bonum.
Exitus hos tandem tristes, tormenta manebunt
Et sua qui cupiunt per scelus arma sequi.
Nullus in orbe uiget princeps, qui Cæsare nostro
Sit melior. iussis seruiat ergo suis
Quilibet: & capitis mandata fidelia sacri
Perferat, & domino seruiat usq; suo.
Hoc duce Sarmaticas gentes superabimus, atq;
Euxinum pelagus, Bistoniosq; lares.

De assentatoribus & parasitis.

Subdolum equum quisquis manibus palpare putabit
Lambere uel discos, blanditq; potentibus: ille
Assentator ut est, sequitur sic atria regum, &
Nobilium mensas, agit & fatuum parasitum.

De assentatoribus.

Princeps qui libenter audit uerba mendacij, omnes ministros habet impios. Sunt qui se primos omniũ rerum esse uolunt, nec sunt: hos consector. quicquid dicunt, laudo: id rursus si negant, laudo. postremò imperaui ego met mihi omnia assentari: is quæstus nunc est multo uberimus, hoc nouum est aucupium.

Melior

Prouer.19. Bed. Tho.2. 2.q.115. glo. 21.dist.c.unic. Terent. in Eun. 46.dist.ecce quare. Horat. in Epist.

Melior his etiam fatuis adiungere classem,
Per mare qua uehitur aulica turba procul:
Hæc etenim propriam cupiens conscendere puppim
Rostratæ dedimus uela cupita ratis.
Nobilium serui cupiunt sulcare seorsum,
In turba nequeunt continuare dolor.
Doctus adulator solus cupit esse potenti
Cum domino & solus noscere cuncta cupit.

Leuit.19.

His igitur fatuis lembum hunc construximus cupiens,
Ne fraudis caperent impedimenta suæ.

Eccles.7.

Assentatores pascit nunc curia regum:
Primus apud dominum quilibet esse cupit.

41.dist.cap. Prouer.20.

Alter enim tacitum uirus falsosq; susurros
Auribus infundit, illecebrasq; serit:

1. Thessa.2. Eccles.28.

Alter ab exultis sparsas, scit uellere plumas
Vestibus, & domino complacuisse suo.
Est alius mulcens sermonem mente dolosa

Prolatum,

Prolatum, & fraudem miscet ubiq; suam.
Dulcibus eloquijs, & uano murmure stultus
Palpat herum, ut citiùs uera relata putet.
Delectat multos aliena uiuere quadra.
Diuitis uncta quibus nempe culina sapit.
Efficiunt plures mendacia sordida dites.
Quisquis adulator primus in arce sedet,
Doctus & ad flatus uentorum obducere pallam,
Scit quoq; se cunctis assimilare dolis.
Iam datur insignis locus his, qui uoce bilingui
Per patulas aures spargere uerba sciunt.
Multi assentando præconia clara merentur:
Nam domini ingentes fallier usq; uolunt.
Nemo iam gratus, nisi qui proferre susurros
Occultos didicit & noua multa loqui.
Sed quia peccatum comitatur noxia pœna:
Calcitrat hos tandem fraus sua, & ungula equi.

Iuuenalis. ff. de hær. insti. l. captatorias. 83. dis. nihil 11. q. 3. nemo perit. Eccles. 21. glo. in. l. 1. C. si qui aliquē tes. per. Ad Rom. 1. Psal. 40. Eccles. 12. 46. dis. sunt nonnulli. de his quæ fi. a. ma. per. c. quæsiuit & in glo.

De delatoribus & obloquutoribus.

Hic animum leuitatis habet, qui credere uerbis
Omnibus usq; solet, patulasq; accommodat aures.
Nam nebulo mendax, balatro quoq; perfida fundunt
Verba, parant hominum lites plerunq; molestas.

Facilè credere.

Nimia facilitas credendi uituperatur. Non solùm ille reus est qui falsum de alio profert, sed etiam is qui aurem citò criminibus præbet. Nullam ante ueram iustamq; probationem iudicare aut damnare debemus. Mala itaq; audita nullum moueant: aut passim dicta absq; certa probatione, quisquam unquam credat, sed antè audita diligenter inquirat.

11.q.3. non solum. 30.q.5.nullũ. glo.pe. 16.q.2.c.1. 86.dist. si quid. Eccles.19.

Vix ego præsentes fatuos ad transtra uocassem,
Si uicina ratis non petijsset eos:
Hoc genus indignum primam nunc occupat arcem
In mundo, quoniam credula uerba canunt.
Sed tamen est fatuus, facili qui concipit aure
Quicquid multiloqui prodit ab ore uiri.
Stultitiæ signum crasso de pectore profert,
Auriculæ cuius ad mala uerba patent.
Stultus enim patulas uerbis accommodat aures:
At sapiens stulti subdola uerba fugit.
Magnanimus non est alium qui uerbere duro
Percutit à tergo, nec monitum antè ferit
Hic etenim incautus, nescit sibi ferre salubre
Præsidium: in dorso nam quia uulnus habet.
Dulce magisterium est uerbis nunc prodere falsis,
Et iustum insidijs deprimere ore uirum.
Hoc uitium quicunq; cupit tractare prophanus

Hester 16. Prouer. 14. Iosuæ 6. Prouer. 25.

Prodi

Praditor iniustus & malesanus erit. Eccles. 18. in fi.
clatoris enim fugiat mendacia, quisquis
Viuere perpetua cum probitate uolet. 2. Thessal. 2.
ingua nocens tacitis præcordia casta uenenis Prouer. 18.
Inficit, & tremuli conterit ossa uiri.
loc uitio absentis, parti turbantur honores:
Hoc uitio siquidem crimina multa fluunt. Eccles. 13.
len super alterius causam sententia fertur Sapien. 2.
Sæpius iniuste, lex quoq; falsa nocet. Eccles. 18.
ccusatus enim falsò non antè citatus Prouer. 29.
Tutari causam quomodo ritè potest?
loc Mardochæum uitio, olim perfidus Aman Hester 3.
Detulit: at tandem præmia digna tulit.
redulitas natum Saulis pulsauerat olim: Miphiboseth. Reg. 16.
Nam delatoris crediderat uitio. 1. Mach. 10.
Magnus Alexander faciles non præbuit aures Esaiæ 29.
Verbis: credulitas nam celerata nocet.

De falsariis & fraudulentia.

Alchimia docet fallax, corruptio uini,
Quas fraudes hominum perfidus orbis agat.
Omnibus in rebus fraudis falsiq; doliq;,
Cuncta scatent uitio: tuta nec ulla fides.

De falsariis rerum omnium.

Valeant alchimistæ, quoniam species rerum transmutari non possunt. Quisquis ergo credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, uel in aliam similitudinem nisi ab ipso Creatore qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est, & pagano deterior.

Iam nisi centenas tribuant in carmine uoces
Castaliæ, totidem linguas uiresq; potentes
Dictandi: nequeam falsos componere stultos.
Copia magna quidem est illorum magna caterua.
Inde opus est ratibus, plures superaddere classes,
Vt per longinquas sulcent me remige terras.
Et spargant passim merces fraudesq; dolosas
Sed genus est uarium quod fraudibus inficit orbem.
Falsus amor fallit multorum credula corda:
Nempe latens gestat sub lingua sæpe uenenum.
Falsi etiam & ficti nunc inueniuntur amici,
Fraudibus inmixtis qui dulcia quæq; loquuntur,
Quæ longè à uero & sincero pectore distant.
Consilium falsum largitur præmia multis.
Decipiunt multos simulata & credula uerba.
Nemo communes res curat, publica facta
Marcent: in propria & mentimur commoda passim.
Germanus fratrem, fallit natusq; parentem

Contra Alchimistas, ubi de tex. in. c. epis. circa fi. 26. q. 5.

Prouer. 11. & 29.

Eccles. 7.

Eccles. 37.

Prouer. 12.

Eccles. 8. & 37.

Au

Aut fraudare cupit. nullum est iam pignus amoris. Ouid.
Religio falsos cultores sustinet: atq;
Clericus & monachi hypocrisi, falsisq; laborant
Mentibus: exterius redolent, sed sub cute quid non? Matth. 7.
Atq; lupi plures ouium nunc uellera portant.
Simplicitas extra fulget, sub pectore uulpis.
Contaminat totum & nunc falsa pectora mundum. Ezech. 13.
Argentum minuunt miscent quodcunq; metallum: Lucæ 12.
Auri confundunt speciem, gemmasq; dolosas Prouer. 18.
Pro ueris uendunt. nummus sua pondera nescit.
Est fraus in numero, mensura, & pondere rerum. Hiere. 5. & 7.
In uino fraus est merx est nunc omnis iniqua. Eccles. 27.
Nulla fides hominum fraudes sibi quisq; latentes Virgil.
Tractat, & in rebus fallacia nomina quærit. 4. Æn.
Fœlix ille quidem est, qui fraudes effugit omnes.
Pauci inquam fidi nunc sunt, minimiq; fideles. Prouer. 20.

Nauicula S. Petri.

Deutr.13. 20.q.5. in fin.
Iam nauem celeri cursu præmisimus altam,
Qua uehitur tacitis fraudibus acta cohors.
Nauis adhuc plures circum subsellia currunt
Stulti qui cupiunt soluere uela manu
Qui sint, & quales, quam plures forte requiris,
Quos coner meritis dilacerare notis?
Pace loquar, ne fors uerborum turba malorum
In teneram pergat tendere tela ratem.

Matth.24. Marc.13.
Christicolas falsos refero pseudoq; prophetas,
Qui Christi falso pectore sacra colunt.
Quique aliter sacras leges & dogmata uersant,
Quàm textus planus edocet atq; sonat.

9.dist.ego. c. si ad sacros. 23.q.5. hæretis.
Clauigeri Petri nauem lacerosq; rudentes
Frangunt, remigium dilaniantq; sacrum
Fluctuat ergo ratis tumidas agitata per undas:
In uastoq; freto naufraga uela iacent.

Act.27. Prouer.30. Marc.4. Matth.8.
Interpres falsus, leges, & pseudò propheta
Diuinas uiolant, contaminantq; fidem:

Hiero. in prologo Bibl. 37.dist. relatũ.
Nec sese tantum falsis erroribus implent,
Nec propriam in faciem dogmata spurca uomunt.

Apoc.20.
Decipiunt alios, & legum semina spargunt
Passim sed tales noxia pœna manet.

2.Tim.3. 9.dist. quis nescit.
Sunt nobis fidei lepido monimenta nitore
Præstita, quæ mentes saluificare queunt:
Planaq; sunt, uerbis non interfusa dolosis:
Non fraudes, legum pagina sacra tenet.

2.Petri.3. Hiere.23. Mich.3.
Multorum mentes trahit at nunc ambitiosi
Consuetudo mali nominis atq; labor.
Quos & doctrinæ premit arrogantia partæ,
Obscurant hominum pectora nuda malis.
Scripturas sacras aliter quàm Spiritus illas

Depromit, recitant: gloria uexat eos.
Non ne satis fuerat te intellexisse sacratas
Leges atq; alios sic superasse uiros?
Concupis at cultus diuinos more smistro
Voluere: mutatur (te duce) nostra fides.
Spiritus ætherea quondam dimissus ab arce
Protulit ad nostros hæc documenta patres.
Si falsam trutinam manibus gestare uidentur,
Dogmata qui falsò sacra docere solent.
Hoc leue nunc faciunt nunc illud pondere magno
Pensant. sic sacram uoluimus usq; fidem.
Qui sic defraudant fidei pia dogmata nostræ,
Nunc Antichristo præuia castra locant.
Thesauros q; parant, quibus insatiabilis error
Ad se prauorum pectora uicta trahat.
Conuolitant multi, Antichristi signa ferentes,
Qui tentent sacram contaminare fidem.
Qui falsas etiam secum dispergere leges
Per mundum properent, falsidicosq; deos:
Si ne q; uerberibus tracti, læuis ue flagellis,
Sponte sua illius quisq; satelles erit.
Abducet fatuos fumesta pecunia multos,
Quos Antichristi libera dona trahent.
Idq; ministerium plures mercabitur ille
Tam fœdum nummis, fraudibus atq; malis.
Sed non durabit longæuo tempore classis,
Illa, sed in tumidis fluctibus acta ruet.
Corruet & cantus rhedarum, & plaustra quiescent:
Et ueri remanet lex, & honesta fides.
Naviculam Petri tempestas turbida iactat,
Et quatit extructam dira procella ratem:

24.q.3.hæreses.37. c. dis. relatum. & c. nimo.

24.q.1.non afferamus.

Ezech.2.

1. Ioan.1.

Eccles.10.

Apocal.13.

Marc.4.

Iam titubat malus, titubant quoq; carbasa celsa,
Ne ruat exitio puppis operta graui.
Scripturas sacras interq; pretamur inquo
Dogmate, ueridicam mergimus usq; fidem.
1. Ioan. 1. *Ipse Antichristus spacioſum miſit in orbem*
Eccleſ. 2. *Curſores celeres, qui ſibi caſtra locent.*
2. Ioan. 1. *Et falſos fidei cultus, & ſemina ſpargant*
Prævia per gentes, Chriſticolasq; uiros.
Id quod præſenti uolumus ſermone notare:
Nam tria ſunt, fulta eſt in quibus alma fides:
Inno. in. c. *Gratia pontificis, quæ ſacro funditur ore.*
quod auten. *Quæ tamen ad nihilum ſpreta, redacta iacet.*
de pe. & re. & *Copia librorum, qui falſo interprete marcent:*
in cle. fi. e. ti.
Eccleſ. 16. *Atq; bono legis expoſitore carent.*
Sunt & doctrinæ, quibus & nunc gloria nulla
Prouer. 16. *Præſtatur. tenebras diſcimus uſq; meras*
Copia librorum totum eſt iam ſparſa per orbem:
91. diſ. legi- *Pauperis & libros bybliotheca tenet.*
mus.
Nemo tamen ueri ſinceras diligit artes:
Dogmata nemo colit nunc, nisi ſolus inops.
Prouer. 14. *Nobilibus pudor eſt doctos uerſare libellos.*
Eccleſ. 2. *Heu lacerit Pallas mœret ubiq; comis.*
Gloria nulla datur ſtudioſis præmia nulla:
Incaſſum ſtudij perditur uſq; labor.
Hiere. 14. *Tempus adeſt, uenit tempus quo pſeudo prophetæ*
Eccleſ. 7. *Omnia ſubuertent tempora prava patent.*
Ezech. 7.

Veritatem obticere.

Quiſquis amore, metu, precio, atq; fauore, minisue
Non loquitur uerum, ſed bene facta ſilet:

Qui

Qui populo ut placeat, supplantat uero palato:
Hic Antichristi, cursor anneus erit.

Tacere ueritatem.

Doctrina sua noscitur uir: qui autem uanus & exors est, patebit contemptui, labium ueritatis firmũ erit in perpetuum. Qui per timorem occultat ueritatem, prouocat in se iram Dei. Melius est enim pro ueritate supplicium pati quàm beneficium habere pro fallacia. Qui confitebitur me coram hominibus: confitebor & ego eum coram Patre meo.

Esi animus multis sinceras mensq; parata, 38. dist. sedu-
Vt possint leges Christi uerumq; fateri: lo.
Blanditijs tamen hi uerboq; aliquando minaci Psal. 35.
Terrentur, linquuntq; sacri conamina ueri. Prouer. 12.
Non rectè sapiunt qui ueri dogmata, amore Eccles. 12.
Ab scondunt, trepidantq; minas. terrena potestas Matth. 10.
Est minor æthereis rebus, iussuq; deorum. 11. q. 3 quis metu. 40 dist. si papa.

43. dis. sit rector. Act. 10. 24. q. 3. transferunt. Eccles. 4. & 19. 11. q. 3. nemo. 22. q. 2. ne quis arbitr. Virgilius de uiro bono.

Ingenij dotes tribuit cui rector Olympi,
Infuditq́ animum. cur docta mente uacillat?
Et trepidus ueri metuit prædicere leges?
Sed quia blanditiæ multorum pectora soluunt:
Donaq́ missa uetant uerum quandoq́ fateri:
Propterea fatuus compresso sæpe labello,
In populum cessat transfundere dogmata ueri.
Sed sapiens (qualem depinxit musa Maronis)
Impauidus fortisq́ bonum, & prædicere uerum
Audet, & humani generis trutinare furores.
Quamuis in Siculo crucientur corpora tauro:
Ceruicemq́ super præceps dependeat ensis.

Iuuenalis de tauro Phalarid. Dionysius. Thob. 4. Prouer. 12. Ioannes.

Nam uerè sapiens non uana pericula mortis
Horret: at in fixo stabiliuit limite uitam.
Non istum dominus, non uerba minantia terrent:
Sed Christi leges infracto pectore promit.
Vitabat populi cursus, & uana Ioannes
Murmura, secessus animi quærebat honestos:

25. q. 9. c. si.

Hinc Deus ad baptisma suum descendit in undas.
Blandidulis uerbis alium qui corrigit, unde
Exemplum capiat uitæ, normamq́ salubrem:

Prouer. 9. Eccles. 7. Eccles. 37.

Si te non audit, si uultu fortè minaci
Aspicit: at tempus ueniet quo soluere grates
Dignetur, laudesq́ tibi & benefacta rependet.

Eccles. 21. Hiere. 51.

Mundanas propter qui res, abscondere uerum
Tentat, & æternis præponit commoda rebus
Corporea: hic tenebris morietur stultus in atris.

Retractio à bono.

Qui uult esse ueritatis
Cultor & beatitatis,

Semper

Semper hic aduersitatis
Sentiet obstacula.

Retrahere à bono.

Cauete à fermento Phariſæorum, qui ueniunt ad uos in pellibus ouinis: & intrinſecus ſunt lupi rapaces. Ne æmuleris uiros malos: nec deſideres eſſe cum eis: quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur. Noli æmulari ut maligneris. Quoniã qui malignantur, exterminabuntur.

Eſt merus hic fatuus ſtolido quoq; ſanguine plenus Matth. 16. Marc. 8.
Impediens iuſtos à bonitate uiros: Prouer. 24.
Eſt aliquis tentans mores componere rectos, Ad Rom. 3. Pſal. 36.
Et uitam ſacris fortificare bonis:
Tu tamen hunc retrahis manibus petulantibus, atq;
Propoſitum tentans contaminare bonum.
Inpromptu ratio eſt, ſimiles ſibi poſcit habere, Prouer. 19.
Et numero plures ſtultus & improbulus. Eccleſ. 1.

Eccles.10. *Persequitur fatuus, dignos, iustosq; bonosq:*
Odit & egregios: deteriora placent.
Est studium fatui, multos ut contrahat ad se,
Ne solus fatui nomen inane gerat,
Consilium præbet falsum manibus pedibusq;
Allicit, & sanos impedit usq; uiros:
Inde, bonus si uult, positis bene uiuere mundi
Illecebris, tacita & cui loca sola placent:
Sapien.5. *Continuò exclamat stultus damnat quoq; iniquo*
Iudicio iustum, commaculatq; bonum
Luc.12. 1.Timo.4. *Esse (ait) ille putat sapiens sibi solus amatq;*
Viuere secessu singula sola placent:
In Christo & sanctis desperat gaudia mundi
Temnit, & hypocrisi hunc malesana rapit.
Nos socios inter uiuemus & insuper alti
Speramus tandem præmia habere poli.
Matth.7. 2.Timo.2. Eccles.6. *Qui bonus esse cupit, Christiq; ad regna uenire*
Audiet à stultis talia multa uiris.
Vir bonus & sapiens mundi uitare laborat
Illecebras, animæ & noxia damna fugit.
26.q.2.sæpe. *Eheu uana nocet modò conuersatio mundi.*
Quæ ducit cunctos ad scelus atq; nefas.
Luc.21. Prouer.14. Eccles.37. Hiere.29. Ad Gallo.5. *Ergo si probitas si uirtus, si bona uita,*
Non possunt in te forsan habere locum:
At saltem iustos homines seducere noli:
Parce bono, uerum qui sine, transit iter.

Omissio bonorum operum.

Lampades accendunt oleo quicunq; flagranti:
Quiq; tenent rutilo flagrantes igne lucernas.

Dulcia

Dulcia perpetui capient solatia regni:
Ianua pandetur simul his pulsata repente.

Bonorum operum negligentia.

Quinq; fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes uerò acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Nouissimè uerò uenerunt & reliquæ dicētes, Domine Domine aperi nobis, & clausa est ianua. Amen dico uobis nescio uos. discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Ite maledicti in ignem, &c.

Eheu præcipiti mortalia corda profunda Boetius.
Mersa salutarem quærite, posco, uiam. Matth. 25.
In tenebris densis mens est humana sepulta. Luc. 13.
Nullus enim Superûm tela trisulca timet. Psal. 60.
Vita malis hominum sordescit consita rebus,
Mergimur & tumido saucia corda mari: 12. q. 1. omnis et.
Quid prodesse tibi poterit, quòd feceris olim

Sinceras

Ad Hebr. 12. de cle. non resid. relatũ. Luc. 12. de renun. c. 1. de æta. & qua. intellexi mus. Matth. 10. 1. q. 7. suggestin. 1. Reg. 12.

Sinceras operas & benefacta quidem?
Quid tibi thuricremas, prodest quòd struxeris aras?
Frugum primitias obtuleris q; Deo?
Quid prodest iuuenem primos micuisse per annos
In uirtute sacra: & degenerasse senem?
Quid iuuat & fidei sacræ documenta sequutum,
Qui non continuat nec benefacta colit:
Cum Deus Omnipotens extrema iudicet hora.
Mortales, cunctos & tuba magna uocet:

Matth 24. 1. Corin. 14.

Quilibet exactæ cogetur reddere uitæ
Acta, quibus capiet præmia digna suæ.
Qui cupit extinctas oleo accendisse lucernas,
Mens sua dum nutat, spiritus at q; fugit,

26. q. 6. Si presbyter in glo. Matth. 25. Sapien. 3.

Stultus erit sperato q; nimis: nec tristia uerba
Iudicij extremi cogitat at q; timet.
Si subitò moritur sapiens, subito q; labascit:
Mors tamen illius non miseranda uenit.
Hic operas quoniam iustas remisit ad illum,
Quem penes æterno lumine uita manet.

Eccles. 11.

Sed fatuus uecors, cui sunt præcordia cæca:
Iudicij horrendum spectat aduso q; diem.
Illius æterno tumulentur membra sepulchro,
In cineres densos mens quoq; praua ruet.

Deutro. 8. Ad Hebræ. 2. Senece. Eccles. 7. Matth. 24. Ezechiæ. 18.

Proh res mortales sequimur fatum q; futurum
Negligimus. fatuos impia cura rapit,
Non Deus extrema uenientes spernit in hora:
Intutum, incertum sed fatuum at q; nimis.

De præmio sapientiæ.

Possumus ad dextram palmæ spectare coronam:
Ad lævam mitræ cernimus auriculas.

Ecce

Ecce sinistrorsum fatuorum maxima turba
Fergit, & exitij præmia iusta capit.

Spaciosa est uia, quæ ducit ad perditionẽ. Angusta uerò & arta quæ ducit ad uitam: & pauci inueniũt eã.

O' stulti ueniam petimus q̃ damus q̃ uicissim,
Parcite si uos nunc nostra Thalia ferit:
Iam cano iusticiæ quæ præmia, quanta sophiæ
Munera largiri constituiq̃ ualent.
Plures sunt auido studio qui nomina quærunt,
Et titulos uanos, famigerum q̃ decus.
Hic etenim titulum doctoris gestit habere,
Ille magisterij nomen habere cupit:
Non ut Christigenas doceat nec dogmata sacræ
Spargat scripturæ fortificet ue fidem:
Laudibus at trahitur uanaq̃ cupidine famæ,
Ambulat exesæ sic quoq; rupis iter:
Cogitat haud rectas animus quibus imbuat artes,

Prouer. 13. 16. & 8. Matth. 7. Iob 27. Tobiæ 4.

40. dist. c. si.

uide glo. 43. dist. in sum. 46. dist. habet ho. de ma. & obe. humilitie. 8. q. 1. qui[illegible]

Quæ

Abdiæ.1. Corinth.1.
Quæ nectar tribuant Ambrosiæq; cibos.
Est apud æternum Patrem, sapientia mundi
Nulla, sed hanc stolidam stulticiamq; uocat.
Plures se credunt ad dextrum pergere cliuum,
Atq; salutarem posse uenire uiam:
Quæ per continuos traducit corda labores
Iudith 8. Act.14.
Ad sedem ætheream pacificumq; locum:
Sed tamen ob mentis cæcas fatuasq; tenebras
Ad dextram nequeunt tendere ritè manum.
Luc.13.
Est uia stricta nimis ducens ad regna polorum.
Ad Stygios ducit latum iter interitus.
Amphytrioniadem magnis imitabere cœptis
Dion de regno.
Si fugis illecebras, uisq; uidere bonum.
Stulticiam quicunq; etenim comitatur, habebit
Et uitij & sceleris præmia iusta sui:
Eccles.7.
Et meritis sapiens non indotatus abibit.
Et capiet fausto præmia clara sinu.
Sic Plato posthabitis fatuis documenta sophiæ
Plato de quo. Hiero. in prologo Bibl.
Lustrauit, famam & posteritatis habet.
Sed modò fœlicem nullum prudentia mundi
Efficit, ætheream ni colat ille uiam.

Neglectus infortunii.

Hic fatuus certè est qui fortunam malefaustam
Sensit, & in manibus fata sinistra suis:
Attamen in casu multum est improuidus isto,
Negligit & nunquam quod reparare potest.

Si uentis uela committas, non quò uoluntas, sed quo impetus impellit promoueris. Boet.

Rebu-

Rebus in humanis quòd sit constantia nulla,
Nec sit certa fides perstabilis ue gradus:
Hoc monstrant hominum casus & fata caduca, Prouer. 11.
Hoc te fortunæ mobilitasq; docet. Sapien. 4.
Nam res externæ fœlicem reddere nullum Tullius.
Possunt, cùm fragili conditione ruant. Seneca.
Nulla manus tantis cum uiribus, atq; labore
Format opus quod non tempore & intereat. Horatius in arte.
Sed quia nunc cupio fatuum componere, cui sors
Displicet instabilis, atq; ruina grauis: ff. de dona caus. mor. l. senatus. C. de neg. gest. l. 4.
Attamen inuigilat sitibundo pectore rebus
Fortunæ: cautus nec fera fata cauet.
Hic non mirari debet si fluctibus altis Hiere. 51.
Et laceris remis mergitur uncta ratis.
Si tibi principijs fortè infortunia paruis Ezech. 26.
Contingunt, tamen hæc sunt comitata malis. ff. como. l. si ut.
Prudentum nobis ueterum prouerbia dicunt:

Et sunt

Et sunt hæc digito ritè notanda meo:
Quòd mala sors crescat, crinis quoq; nocte dieq́:
Est fati incertus exitus, estq́ grauis.
Adsit in exemplum rerum mutatio quæ fit
Lapsibus assiduis: sors peritura fluit.
Prouer.7. *Prouideat tamen hanc qui tutus uiuere gliscit,*
Irrepit tacito sors metuenda pede.
Aequora qui tumidi sulcat spumantia ponti,
Eccles.63. Prouer.23.& 30. *Audet & infragili tangere naue fretum:*
Est opus ut uentos habeat flatusq́ secundos,
Luc.8. *Ne puppis uastis fluctibus acta ruat.*
Nam fatuus, remis rapidas sulcare per undas
Eccles.3. Esaiæ 23. *Qui nescit, facilè hic tristia damna capit.*
Soph.2. *Sed sapiens qui non semper confidit iniquis*
Sortibus, atq; animo fata futura cauet:
Iob 4. Sapien.14. *Is poterit fœlix rabiem uitare furentis*
Aequoris, & portum prendere naue bonum.

Detractio bonorum.

Detrahit insipiens iustis plerumq; maligno
Ore, ligans nolam gutture murilegi.
Facta sua inde latere cupit, nec nomen habere,
Hinc putat: at tactus clamat ab osse canis.

Non opus est catti pendere in gutture nola; Bella gerent mures protinus absq; metu.

Gaudia

Gaudia concipiunt, plausus linguaq; manuq;
Prudentes æduni, constrepitantq; pede: Prouer.1.
Quòd modò tot fatuos libro collegimus uno: Eccles.7.
Quodq; quadriremem struximus arte nouam. Eccles.11.
Non ad diffames culpas, conuitia, crimen,
Carbasa nostra uolant, per mare perq; solum:
Nec cupimus calamo uitæ proscindere famam:
Gaudeat at iustus. sed malus intereat.
Inde salutaris dedimus medicamina uitæ,
Et dedimus morum dogmata culta quidem.
Qui leget hæc nostri purus documenta libelli,
Stulticiæ nebulam & retia stricta fugit:
Econtra plures fatuos mea pagina lædit,
Pingendo nostræ quos tetigere manus:
Nec tamen audacter mea scripta reuellere possunt,
Nec temere hæc contra uerba proterua loqui:
Nec tamen addubito, quin sint qui uel bere duro

Perceptorem appellat Scrant.

Intendant nostros contaminare iocos:
Si sunt edocti: iuueni mihi parcere debent,
Cui præceptoris uertere scripta placet.
Hos si luor edax trahit, & turbatio mentis:
Saltem Operi parcant quod bona multa docet.
Lædere si quosdam nunc pagina nostra uidetur,
Discedant taciti murmura nulla iuuant.
Sentio quorundam criticorum sibila: sed me
Solantur gracili carmina facta pede.

Horatius.

Scribimus indocti doctiq; poemata passim:
Vtilis hæc saltem sit mea musa precor.
Nil fatuos curo: resonant nil cymbala asello
Dulcia tum stolido non sapit illa seges.
Lectores igitur moneo, deponite frontis
Grande supercilium, perlegite illud opus:
Cessent & uocis latratus, rancida uerba
Cessent & placeat quod modò finit opus.

De immoderata mensæ turpitudine.

Obscœnos mensæ ritus depingere fas est,
Illius & fatuos connumerare modos:
Non pudor in uerbis non est reuerentia mensæ:
Porcorum ritu gens modo uiuit ibi.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem & in scandalum.

Sperabam



Sperabam fatuis fatis hunc impleſſe libellum, Pſal. 68.
Et finem ſatyris impoſuiſſe meis: Eccleſ. 29.
Altera turba ſed hanc fatuorum ſcandere nauem 1. Corinth. 10.
Aduolat, & mecum nunc penetrare fretum. Ad Gal. 5.
Non ſunt fallaces fatui, quos ardor habendi, 4. diſ. denicq.
Aut aliquis quæſtus ad mea uela trahat:
Sunt tamen obſcœni fatui quos impius uſus Eſaiæ 18.
In tabula paſcit abſq; pudore bono: 44. diſt. c. 1.
Irreuerenter agunt panes q; & fercula menſæ,
More ſuum bibunt: pocula lata uorant.
Caſtigo in primis ſolitos contingere menſam ff. de ori. iur. l. 1.
Lotis manibus, mentibus at q; malis: Matth. 15.
Reddere nec grates ſolitos pro munere Chriſto, Act. 6.
Vota q; pro tantis ſacrificare bonis: 44. diſt. pro re uerentia.
Sordida labra tenent fatui manente ſaliua: de con. diſt. 5. in omnibus.
In manibus craſsis ſtercora ſpurca gerunt. Plin. lib. 14. circa fi.
Ex naſo ſtillant pluuiæ, nymbiq; madentes:

Ex oculis lippis sordida gutta fluit.
Maxillæ squallent: nigra rubigine dentes
Sordent. mundicies corporis omnis abest.
Hic fabuli rex est, porcorum more solutus
Qui uorat, & grumnit qui bibit atq; uomit.

e. à. crapula. de ui. & hon. cle.
Et uocat ad sortem Cereris, donumq; Lyei
Consocios, quorum pocula plena madent.

Horat. in epist.
Ructant, exhaustum donec spumare Falernum
Possint, & uino sordida mensa fluit.

Persius.
Inq; uicem Bacchi madido certamine sese
Sollicitant, haustus continuantq; meri.
Polluit hic animam ritus corpusq; lacessit.
Assidua est pelus ebrietate nihil:
Inducit morbos uarios, & corpora soluit,

Eccles. 31. Osee 4.
Et frangit nervos, contaminatq; caput.

Luc. 21.
O mores turpes, quorsum reuerentia mensæ

Prouer. 12. & 31. Curius.
Peruenit? ubi nunc est moderatus honor?
Quò Curius frugi? quò parsimonia prisca?
Migrauit uictus, quò decus atq; nitor?
Quorsum mundicies mensæ cultusq; decorus?
Heu ritus tabulæ nunc moderatus abest.

Luc. 14.
Est aliud uitium, tabulam quod more finistro

Prouer. 25.
Turpat, finceros contaminatq; gradus.
Sedibus in primis fatui subsellia ponunt.

Leuit 19. Instit. de iu. na. glo. fi. & Instit. de bo. poss.
Sordidulus iuuenis uult prior esse sene.
Amplius haud primas sedes conscendit honestas:
Turpibus usq; uiris pocula prima damus:
Et personarum, nec enim discretio, nullus
Est pudor: & tabulas irreuerenter habent.

Irreuerentia mensæ.
Cum manibus peccant, cum gutture, cumq; labellis.
Hic offam glutit: ebrius ille uomit.

c digito primus ſordenti fercula menſæ
ttingit, naſo conſpuit atq; dapes:
c calicem ſiccat labris, uacuatq; lagenæ
Oenophorum: rurſus quod bibit ipſe uomit:
ntant, & latrant magno clamore fatigant
lera: thyrſigeri & ſacra nefanda Dei.
s furor uſq; rapit: confundit pectora Bacchus.
s tabalis partes improbus omnis habet.
nc calices frangunt, nunc rumpitur urceus albus:
Nunc uitrum è menſa cantharus atq; cadunt:
e manu rapimus, quod geſtat tertia menſa:
uſtamus ſapidum, dulcia fercla ſimul.
danapalus habet comites, quos fœda uoluptas
ſiduè reficit: immoderata placent. Sardanapalus. Inſti. lib. 1.
quia non opis eſt noſtræ, depingere cuncta
lecebras menſæ, ſtulticiasq; graues:
endi ritus non eſt ſapientibus unus de ſepul. eccl. futuri.
mmibus: æqualis mos neq; cuncta regit:
npe aliter Graij uiuunt, aliterq; Latini,
Quàm uiuat ritu Teutona terra ſuo. c. quia diuerſitatem. de con. præb.
romatas alio uictu nunc uiuere dicunt: Terentius.
unc aliter Turcos, Aethiopesq; ferunt.
t hominum mores uarij diſparq; uoluntas:
unt uarij uictus: uita nec una uiget. Perſius.
ilibet in menſa deuitet turpia uerba:
orcorum mores pellat ab ore procul.
s agat æterno grates ex pectore patri: Ad Coloſ. 3.
xopteq; ſacrum proſperitatis iter.
diuinus enim nos conditor ipſe creauit Thob. 2. Eſaiæ 51. 1. Theſſ. 2. & 5.
d potum atq; cibum, corporeas ue gulas.
ſumus iccirco nati comedamus ut uſq:

Arist. 2. de anima. Eccles. 5.

Assiduo aut fument corpora nostra cibo.
Sed potum atq; cibum pro uita sumimus, atq;
Corporis ad podium, sanguineosq; lares.

32. q. 2. Moyses.

Spiritus est anima nostra. inde habitare nequibit
In sicco: sedem sanguinis illa tenet.

Horatius. gio. Insti. per quas per. nob. acq. in princ. Eccles. 37.

Sed modus est rebus, est & mensura decorq;,
Quem citra atq; ultra, uita, anima atq; fugit.
Iccirco crapula atq; gula plures moriuntur,
Quàm gladio, aut telis, ingenita ue nece
Curia magnatum, mores quandoq; probatos,
Vrbanos, dignos, tradidit atq; bonos:

Curialitas antiqua.

Curia nobilium nunc est corrupta, maligna
Ebria, multibibá, garrula fœdiloqua:
Perdidit atq; uetus nomen, famamq; fidemq;
Amplius in toto nec uiget orbe decus.

De laruatis fatuis.

Risit Democritus stultos, & inania mundi
Gaudia, quòd laruis pergeret omnis homo.
Cinicus econtrà casus defleuit in omnes:
Et quia tot fatuis terra repleta foret.

Perpetuo risu pulmonem agitare solebat. Democritus, sapiens fleuit contrarius alter.

Viueret

Viueret in nostro si iam Democritus æuo,
Rideret toto crimina nostra die.
Et Crassus pariter rideret ludicra mundi,
Quem risisse semel carmina prisca canunt.
Præcipuè nostra si tempestate uideret
Laruatos fatuos stultiloquosq; utros:
His fatuis nullum uitium nunc turpe putatur,
Ad scelus hos etenim uita pedula trahit.
Concita gallorum tanto uix membra furore
Vexantur, Cybeles dum fera sacra colunt:
Cum furia tractant uix Mænades orgia tanta,
Quin recolit lemures stulta caterua malos.
Induit hic laruam turpes hic sumit amictus:
Ille linit faciem, contaminatq; fuco:
Hic gerit in fatua conductos fronte capillos:
Hic dentes emptos: hunc tegit alba toga.
Parthorum ad morem cupit alter sumere uestem:

Iuuena. in fat. Omnibus in terris. Plin. lib. 7. Solinus. Crassus, de quo Plinius. De ui. & hon. cle. cum de eorem.

Druyde, de quibus Lucanus. Mænades. Lemures de quibus Quid.

Hic habitus Gethicos, Sarmaticosq́ petit.
Hic faciem turpat, quo uix deformior ille est
Tartara qui terret murmure Cerbereo
Musica comportant fatui instrumenta, canuntq́,
Audiat ut fatuos quæq́ puella suos.
Ante domum notæ dominæ uestigia figunt,
Eccles. 17. *Consumunt totos, sicq́ boando dies.*
Fausta puella quidem, fatuis tutatur ab illis
Quæ se. laruati turpia quæq́ petunt.
Seducit castos animos laruata caterua:
In facie dæmon quem gerit ore, patet.
Corda puellarum manibus discerpit aduncis:
Vnguibus horrendis dilaceratq́ thorum.
C. de epi. & cle. l. mime. in auten. de fau. epi. col. 9. *Quicquid enim sceleris totus non perficit annus,*
Hoc laruatorum tempore conficitur.
Sæpe tuas, larua contecta subintrat in ædes,
Quæ tibi gallinas uulpis iniqua uoret.
Tu quia nil curas laruatæ crimina gentis,
Contaminas thalam fœdera sæpe tui.
Quid refero mores, quid turpia uerba, iocosq́,
In quibus assiduè stulta caterua furit?
Larua repræsentat nunc Saturnalia festa:
Saturnalia. Cōpitalitia. Mammurius faber. *Aut Salios nudos, Mammuriumq́ fabrum.*
Quodq́ magis credo: tali sub tempore, Ditis
Emissos lemures, terrificasq́ deas,
Lætiferi quoniam pendent de frontibus hydri.
C. de pe. l. si quis. de cri. fal. ad audientiam. *Abscondunt faciem, quam Deus ipse dedit.*
Naturam turpant, tenebroso pectora cultu
Recta tegunt, uultus commaculantq́ fuco.
Se facit hic claudum, se cæcum clamitat ille:
Larua tegit proceres, magnificosq́ uiros.

Id tamen est peius, trahimus ludibria laruæ
Paschatis ad festos sacrificosq; dies:
Ducimus & choreas, Veneris certamina mollis
Pessima uersamus: nil sacra festa uetant.
Passio quo Christi meditatur tempore, laruam de con. dis. 3. quadragesi.
Accipimus, sceleris pabula quæq; placent.
Surgimus, heu, tardè cum Christo: crimina mundi
Vana iubent solitam continuare uiam.
Fraterno lemures hos nunc sermone precamur,
Vt tandem sapiant desituantq; nefas.
Esse nefas quis nam dubitat? quòd uertimus ora
Naturamq; simul turbidus error abi.
Fama uolat quendam occisum quem larua tegebat,
Quem mox cum larua dæmon ad ima tulit:
Iure quidem: nam cuius erat nummisma & imago,
Effigiem & pignus abstulit ille suum.

Viri prudentis descriptio.

Vir bonus & sapiens reprehendit turpia facta,
Dictaq; castigans impia iusta docet.
Conscius ipse sibi, mala cuncta & inania uitat,
Et uitam quærit, diligit atq; bonam.

Victrix fortunæ sapientia: Iuue. Virtus præmium est optimum. omnia adsunt bona, quem penes est uirtus. Plautus.

Prouer.14. & 27. Sapien. 6. Eccles.10.
Prudentem cecinere uirum documenta Maronis,
Qualem uix hominem fæcula nostra tenent.
Socratis egregij maiestas, iudice Phœbo
Dicitur emeritos promeruisse gradus.

Socrates.
Talis erat sophiæ diuinæ Socrates alter.
Qualem Virgilij carmina docta canunt:
Ex se pendebat totus perfectus ad unguem.
Constans & dexter prouidus atq; bonus.

Senec. epist. 105.
Vir bonus & sapiens dotes in pectore multas
Continet & clara nobilitate micat.

Tull. in Parad.
Iudex ipse sui: nec uani murmura uulgi
Curat, securus tempora grata terit.

Eccles. 5.
Rebus ab externis neq; mercem aut crimina sumit.
Esti frugi semper & moderata petit.

Sapien. 6. Eccles. 6. Prouer. 10. Eccles. 18.
Pectus habet solidum: propellit inania uota.
Continet & stabili pectora recta gradu.
Non prius à molli rapiuntur membra sopore,

Omnia

Omnia quàm uitæ sint reputata suæ.
Vtile cum sancto sapiens coniungat honesto,
Omni aliquid laudis & gerat ipse die. Eccles.12.
O utinam nostro tam consona turba sophiæ Eccles.37.
Tempore fulgeret, tam nitidæq; scholæ:
In quibus illustris uirtutis semina, prudens
Funderet, æthereum concineretq; sophos.
Mirandum non est, quòd tam numerosa caterua Eccles.1.
Stultorum, totidem seruat in orbe uices.
Est ratio in promptu, quoniam sapientia pulsa Prouer.4.
Exulat, & mundum dilaniata fugit.
Qui bonus & sapiens nostro nunc esse laborat Eccles.10.
Tempore, uesanus dicitur atq; rudis. Esaiæ 5.
Callidus & uafer qui nunc est atq; dolosus: Prouer.29.
Hic titulum sophiæ, & nobilitatis habet.
Iustus Aristides quid tempestate ualeret Aristides.
Nostra? quid Curius. Fabriciusq; bonus? Curius.
Fabricius.
Quid Cato diuinus, celebris quid turba Platonis? Prouer.9.
Prudentes rident sæcula nostra uiros. Sapien.5.
His tituli candor datur & nunc gloria præsens,
In quibus est fraudum stultitiæq; uigor.
Ascendit celebres stultorum turba cathedras,
Stultitia mentes quæ uiolare solet.
Si modo prudentes aleret Germania pugnax, Germaniæ defectus.
Et daret ingenuis præmia digna uiris:
Non sic deserta fluerent præconia fama.
Parta quidem, quæ nunc Theutona terra premit.
Si gradus insignis sophiæ cultoribus esset:
Non ueheret fatuos tot modò nostra ratis.
Sed censor nunc nemo sui se explorat ad unguem:
Nemo animum musis imbuit ingenuis. Prouer.13.

Stulti.

Stultigeras igitur tunicas fatuosq; cucullos
Imposui multis. quos mea scripta notant.
Virgilius. *Ergo prudenter stultus qui vinit, agitq;*
Virgilij ut diui pagina sacra canit:
Protinus æthereas hic celsior usq; sub auras
Eccles. 3. Sapien. 6. *Transuolet & nitidi lactea signa poli:*
Carneq; mortali posita. captare quietem
Cœlestem poterit, Ambrosiaq; frui.
Ad sophiam teneros igitur succingite lumbos,
Et date conspicuæ thura benigna deæ:
Qua propter doctis optat Philomusus honores,
Et pacem musis poscit adesse suis.
In primisq; suo Titioni, magna precatur
Titio & Theda, qui & Brant. *Gaudia constructa est quo duce nostra ratis.*
Sit tibi, mi præstans animi præceptor, amice
Theda, salus ingens: Brant venerande vale.

In commendationem philosophiæ.

In precio non est hodie doctrina bonorum:
Sed spuit ad doctas stultus ubiq; togas:
Doctiloquos tentat vulgus detrudere sacco
Sub pede stultorum philosophia iacet.

Bonorum hominum persecutio.

Ne paueas repentino terrore & irruentes tibi potentias implorum: Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris. Quoniã non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit. Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.

Quisquis

Quisquis ad æthereas sacratæ | atlados arces — Psal. 19.
Tendit in hac requiem uel cupit esse suam: — Iohel 1.
Hic manibus puris ueniat linguaq; pudicus, — Apocal. 6.
Vt sophiæ foculis fumida thura ferat: — Sapien. 1.
Philosophia sacris animos collustrat ocellis, — Tullius pro archia poeta.
Ingenij dotes præbet & eloquium:
Lucifieas huius solamur dogmate mentes: — Eccles. 4.
Hoc animi motus pellit & illecebras.
Hæc bene uiuendi præstat documenta uiasq;.
Hæc iter ætherei pandit ad astra poli.
Possumus ac mentis tristes auertere casus:
Possumus hac lapsus exuperare graues.
Hanc Deus omnipotens cœlesti misit ab arce, — Prouer. 2. Eccles. 1.
Vt nobis cœli semina clara daret.
Illius in collo pendent redimicula sacra:
Per genus humanum quæ modò sparsa micant.
Membra tegit peplo pallaq; induta Minerua:
Sub pede purpureas spargit ubiq; rosas:

Serui-

Sapien.6. & 9. *Seruiat huic sapiens quisquis: nam nectare diuo*
Corda hominis potat. Ambrosiaq; cibat:
Eccles.27. *Et libertatis ueros concedit honores:*
Hac duce perpetuo libera corda manent
Prouer.8.& 16. *Hæc scelus atq; nefas pellit mores q; profanos,*
Explodit uitium, præmia laudis habet.
Hanc propter sapiens nitidum conscendit Olympum:
Hæc aperit iustis regna serena poli.
Possumus hac sæuos facilè extirpare tyrannos:
Fida comes uitæ est, & benedicta quies.
Sapien.8. *Hac sine non princeps, non rex sua sceptra gubernant:*
Est fidei mater, iustitiæq; parens
Prouer.7. *Palladis ad munus iuuenes properate senesq;,*
Ex gremio cuius fons scatet irriguus.
Currite uos docti, uestram obseruate Mineruam:
Prouer.5. *In saccum trudit dogmata uulgus iners.*

Concertatio Virtutis cum Voluptate.

Aſpice conflictum Virtutis, atq; petulcæ
Deinde uoluptatis gaudia uana uide:
Legimus Alciden ſomno cùm forte iaceret, S.Braat. Argumenti.
Vidiſſe ambiguas difficilesq; uias:
Ambarumq; ſtatum finem uitamq; modumq;
Scrutans: Virtutis cœpit inire uiam.

Epigramma ad Lectorem.

Virtutis quicunq; colis ſacra dogmata Lector,
Aſpice quos fecimus pollice & ære modos:
Tu tamen inprimis frontem depone ſeueram,
Aut fuge ſi naſum rhinocerotis habes.
Nos ueniam ſcriptis dabimus petimusq; uiciſſim, Horat. in Arte.
Si peccat numeris pagina noſtra ſuis.
Frangitur hic puro dictamine blanda uoluptas,
Et ſpurcæ Veneris marcida caſtra iacent.
Sed Virtus niueo uictricia tela triumpho
Suſpendit cœlo ſeq; ſuosq; beat.
Hanc amet imberbis iuuenis, uitaq; magiſtram
Ducat, & æterno munere formet opus.
Illecebras fugiat quas ſpondet uana libido,
Hæc animos frangit pectora caſta terit:
Fœdat & ingenij cultus ſenſuſq; pudicos Tull. in Off.
Deſtruit & ſemper blanda uenena uomit.
O iuuenes ſpectate probi, qui candida Virtus
Poſſit? quid noceat luxurioſa Venus?

Obiectio

Finis uoluptatis mors. Seneca.

Obiectio uoluptatis criminantis Virtutem.

En ego sinceræ Virtuti inimica Voluptas
Adsum uictrici lauro redimita per orbem
Signa mei fulgent castris suffulta triumphis:
Semper Achemenios spirant mea tempora flores,
Et redolet uiolas collecti fascia crinis.
In mueis soleo manicas gestare lacertis,
Et uestes Tyriæ fulgentia brachia uelant.
Est facies lasciua nimis: stant lumina multo
Inuidiosa ioco, petulantes frontis ocellos
Ostendo mollem frangunt qui sæpe iuuentam.
Delicias effundo meas. & mella per orbem,
Vt capiant iuuenum temeras mea retia mentes.

In ma-

In manibus Citharam teneo, plectrumq; sonorum:
Turba sedet iuxtà mollis blandiq; choraules:
Ante meam statuam dulcissima carmina pangunt.
Pectine facundo mulier stat psaltria iuxtà:
Nam soror ipsa Dei, cui sacra solennia reddunt
Mænades insanæ frontem crinemq; rotantes.
Qui mea prosequitur miles uexilla, labores
Nullos, & liber discrimina nulla subibit:
Cogitur haud sæuis caput obiectare procellis:
Non strepitus pugnæ, non tristia classica Martis
Audiet, armisonus lituus nec pectora franget.
Sed qui me comitem sequitur, non tramite duro
Ambulat: at dulces hic experietur amores.
Qui mea spreuerunt quondam monumenta, periclis
Immersi grauibus, uitam clausere dolore.
En dea sum cuius spacioso noscitur orbe
Imperium, & nostro manant de pectore molles
Deliciæ, risus & cantica plena iocorum:
Et sub me sanæ longissima fata senectæ
Vsq; uigent, albiq; dies horæq; secundæ
Quondam Priamides quo Troia cessit Achiuis, Paris.
Signa tulit nostri manibus florentia regni.
Indulsitq; bonis, quorum est mea magna potestas.
Et mihi seruiuit cultu Cleopatra superbo: Cleopatra.
Blanditiasq; meas Canopea ad mœnia duxi.
Africa me nouit, me nouit corniger Hammon.
Me Numidæ infrenes, colit & Mauritius Atlas. Numidæ. Mauritania.
India delicias nostras ueneratur, & omnes
Educunt rutilo qui candida membra sub ortu. India.
Me duce sobrietas toto pulsatur ab orbe. Eccles. 31.

Sarmatæ. Parthi. Gethæ. Hister.

Sarmata non tutus, non Parthus, non Getha pugnax,
Non Hister tutus semper crispusq́ Sycamber,
Nostraq́ per uarias mittuntur spicula gentes.

Sycamber. Epicurei.

Nostra sophi ueteres coluerunt numina quorum
Scripta manent positæ me defendentia sectæ.
Nam sine corporeo prosunt bona nostra labore,
Et gula nobiscum feruens quoq́ gloria mensæ.
Non mea sub galeis uita est, non stramine duro
Corpora nostra cubant: sed præbet pluma quietem,

Iuuenalis In Satyra Omnibus in terris.

Me nisi deliciæ molles sequerentur, & omnis
Luxuries: tanti non reges blanda subissent
Castra quibus toto uictrix dominabor in orbe,

Sardanapalus de quo Diodorus & Iustinus. Roma. Ricre. 7.

Sardanapalus enim regalia facta relinquens,
Corporis illecebras coluit. florentibus annis.
Bellica Roma quidem nostro sudauit amore.
Mollibus in plumis dantur sua gaudia cunctis:
Non frigus, diramq́ famem iuuenilia captant
Pectora, sed requies semper blandissima nobis.
Ocia quandoquidem non perturbata fouemus.
Ergo uos iuuenes quorum sunt mollia corda,
Atq́ senes pariter quorum est annosior ætas,

Verba Sardanapali. Sapien. 2.

Porrigite huc aures: currit mortalibus æuum,
Et currunt sine fine dies: libate uel ecce
Mellifluis genio post mortem nulla uoluptas.

Virtutis sudorem dij longè posuerunt.

Responsio Virtutis carmine Elegiaco.

Carmine nugoso quid me malesana Voluptas
Ladis, & imbelli pectore bella paras?

Quid

Quid fallax miseros agè perfida decipis arte?
Illecebris mundus cur ruit usq; tuis?
Quid sordes, luxusq; tuos, lancesq; uoraces
Laudas: blanditijs gloria nulla tuis.
Ebrietas tibi fida comes, infamia pennis
Circum te uolitat, & tua castra premit.
Es (fateor) pulchro semper laqueata capistro:
Sunt oculi molles fronsq; petulca nimis:
In capite insignis fulgor, redimicula uittæ
Sertaq; dependent, purpureusq; color:
Te chlamydes Tyriæ uelant, te balteus ornat:
Et te Sidonio purpura tincta fuco.
Non galeas armata geris, sed corpore nudo
Allicis imbelles in tua uota uiros.
Te iuxta Veneris stant atq; Cupidinis arcus,
Et pueri cæci dira sagitta iacet.
Dextra tenet speculum, quo splendet turba malorum:
Læua tenet luxus, & genus omne mali.
Fronti nullus inest candor sed spurca libido:
Non pudor in uerbis, ingenuusq; iocus.
Te duce per mundum gemini tractantur amores:
Te duce languescunt fortia membra ducum.
Te duce nobilitas perit & ueneranda iuuentus;
Marcescit uotis dedita adusq; tuis.
Te duce morborum patimur discrimina, mortes,
Ad Stygiosq; cadunt corpora nostra lacus.
Tu facis ingenium torpens tu pectora casta
Inficis, & sensus non sinis esse bonos.
In te decrescunt animæ: soluuntur & artus:
Corporis & semper esca doloris eris.
Ex te lethales morbi, genus omne malorum,

Et gula manauit, deliciumq; malum.
Tu facis imbelles iuuenes: petulansq; senecta
Te duce concrescit, bestia spurca nimis.
Pellicis in fraudes multos, uitaeq; tenebras:
Nil castum impura conspicuumq; docet.
In te non ratio, non puræ semina mentis:
Ingenium nullum, sed mala lingua quidem.
Multorum claros egisset dextra triumphos,
Et multos caneret fama superba duces:
Si non blanditias, si non tua uota subissent,
Et simul impositis nigra uenena cadis.
Troia. *Mœnia Dardanidum uertisti & pergama Troiæ:*
Parthi. *Per te Parthorum regna superba iacent.*
Asia. *Regna iacent Asiæ luxu consumpta uoraci,*
Graecia. *Luxibus & prauis Attica regna iacent.*
Obruta sunt Danaum fortissima mœnia per te,
Sodoma. *Atq; urbes Sodomæ morte rigante iacent.*
Corinthus. *Excidium per te dirum est experta Corinthos,*
Tarentum. *Atq; Tarentinæ sic periere domus.*
Aegyptus. *Lapsa quidem per te sordent Nilotica regna:*
Assyria. *Assyrij per te sic cecidere duces.*
Sybaris. *Te Sybaris colles, te Rhodos, atq; Miletos,*
Rhodus. *Et uarias gentes contaminasse iuuat.*
Miletus. *Tu Sardas, Thracesq; truces tu blanda Getasq;*
Thracia. *Corrumpis diris inficis atq; malis.*
Getæ. *Sors mea nunc melior quoniam me uita perennis*
Spectat & æterno gloria parta gradu.
Degeneres animos patienti extollo labore.
Cœli porta patet (me duce) aperta uiris.
Hercules. *Amphitryoniades metuenda pericula uicit*
Me duce. cœlestis incolit astra Dei.

e duce barbaricas gentes prostrauit in armis — Iulius Cæsar.
Iulius, & fœlix sydera clara premit.
agnus Alexander nostros comitatus honores, — Alexander Magnus.
Ingenij pugnas & fera bella tulit.
c Paulus consul regem qui Persea uicit, — Paulus Aemilius.
Me duce Romanis clara trophæa dedit.
e duce facundi fulgent Ciceronis honores: — Cicero.
Et Maro Romanæ gloria magna togæ. — Virgilius.
octus Aristoteles nostra hæc monumenta sequutus, — Aristoteles.
Et Plato, quo nusquam maior in orbe fuit. — Plato.
andida me coluit doctorum turba sophorum:
Ingenium per nos eloquiumq; ualet.
d laudes genitos & dulcia munera diuûm,
Fama trahit nostri nominis atq; decus.
spice (quid multos repetam) stat nostra per orbem
Gloria, fama, salus, laus, honor atq; decus.
te luxuries, fastus, commercia fœda,
Et putidum semper stillat ab ore malum:
me diuitiæ iustum, rectumq; piumq; — Prouer. 8.
In me consilium, gloria sola mea est.
asta mihi domus est, stant celso colle penates — Sapien. 4.
Hos tamen ingenuus scandit ubiq; labor. — Prouer. 9.
uirtute labor, sed & in sudore uoluptas.
Atq; quies: magnis semper amanda uiris.
iue uelis famam ingenio sectarier almam:
Armisonæ ue uelis uoluere signa deæ:
eu res ciuiles meritò tractare fauore:
Hæc animo infracto (me duce) cuncta facis.
Quem labor & sudor torquet uirtutis amore,
Aetherei tandem scandet ad astra poli.
irtus sola regit terras, dominatur in alto, — Prouer. 8.

Plaut. in Amphit.
Prouer. 7.

Diuidit & nutu dona beata suo.
O' iuuenes dum fata sinunt, expellite uanas
Corporis illecebras, lætiferum'q; nefas:
Imbuite ast animos uirtutis dogmate uestros,
Vt sapiant rectam pectora uestra fidem.

Latina nauis seu Barca socialis.

Innumeros classes, fatuos sine fine furentes
Hactenus in nostra ducere classe iuuat:
Si quis fortè locum potuit minus accommodatum
Nancisci, huc ueniat cum sociis'q; uehat.

Societas fatuorum.

Solatium est miseris socios habere malorum. Sed non minus ardebunt, qui cum multis ardent. Qui inter huiusce modi lætantur: & esse sub sentibus delicias computant: filij sunt stultorum & ignobilium, oppressi quasi fluctibus semitis suis: fratres sunt draconum & socij strutionum. Sic fuit, est & erit. similis similem sibi quærit.

Currite,

rrite, sulcamus festinis æquora remis,
Et premit immensum carbasa nostra fretum.
n socialis adest classis, properate sodales:
Et fatui pariter nunc properate meri.
am nostræ numerus sectæ est immensus: & aures
Ad uarias gentes tendit, & ad populos.
ostra cohors equidem totum complectitur orbem,
Pauci sunt quos non fœdera nostra premunt.
: Asia ueniunt rutilo sub sole creati
Stulti, nobiscum qui cita uela trahunt.
nibus è Libyæ ueniunt terraq; calenti
Mausirij imbelles, Aethiopesq; nigri.
igrant Hesperij, migrat quoq; Gallia tota:
Prorsus & à Bactris, sedula turba ruit.
d nauem ueniunt gentes quas ultima Thyle
Finibus extremis, quasq; Britannus habet.
t ueniunt Cymbri torui flauiq; Sycambri:
Et uenit ex Latio turba procera quidem.
rctophilax gentes rigido sub sydere natas
Transmittit: præbet subsidiumq; rati.
uromatæ ueniunt, pugnax quoq; turba Getharum,
Atq; Thraces ueniunt, Argoliciq; uiri.
t ueniunt omnes gentes, quas conspicit orbis,
Quasq; fouent nitidi sydera clara poli:
um senibus iuuenes, fatua cum matre puella.
Intactus nullus hic gradus esse potest.
d classem celerem fatui properate sodales.
Currit: nauiculæ nam mora cuncta nocet.
empus adest sulcare fretum, & nunc pandere uelum,
Currite: iam pergit fluctibus acta ratis.
laxima nunc regio superest penetranda, sodales

1. q. 1. multi. Eccles. 13. & 5. Iob 30. 1. Esdræ 5. Sapien. 4. Eccles. 1.

In omnem terram exiuit sonus eorũ.

O' fatui pedibus currite quæso citis.
Narragonum ad patriam & promissas tendimus oras,
Cogimur & stolidum sponte subire solum.
Nos tamen in tumido iactant discrimina ponto
Virgil. Aen. 1. & 3. Plurima sollicitas & quatit unda trabes:
Veliferiq; maris sæuo clamore ciemus
Fortunam nil nos impia uota iuuant.
Per uarios casus: per sæua pericula ponti
Currimus, & uitæ non modus ullus adest:
Et patimur lapsus, tempestates q; sonoras:
Et patimur medio naufraga fata mari
Scylla. Charybdis. Syrtes. Scyllæam rabiem Siculis spectamus in undis,
Atq; Charybdæo gurgite transtra uolant.
Per syrtes Libycas remo sulcamus inerti.
Spectamus tumidi tristia monstra maris:
Syrenes. Triton. Delphinos phocas syrenes, atq; uidemus
Tritonas inuisum prodigiq; genus.
Torpemus cantu quo nostras inficit aures
Syren: languenti nosq; sopore premit:
Cyclopes. Vlysses. Et Cyclopem grandem Siculo spectamus in antro,
Dulichius princeps quem timuisse potest.
Quis locus est tutus quo nunc considere stulti
Possunt, & certos ædificare lares?
Vsque adeò tumidis prostrati mergimur undis,
Et portus tutus carbasa nostra fugit.
Et meritò quoniam nullo sapientia cultu
Nos fouet & stolida figimus arma manu.
Circe. Heu dea stulticiæ nobis nunc pocula Circe
Præbuit, & cantu pectora lassa ferit.
Eheu quid miseri prodest errare fodales:
Quærite sed stabilis littora tuta pede.

Nera-

Ne rapiant fragiles Neptunia monstra carinas, Neptunus.
Sorbeat & nostras æquoris unda rates.

Excusatio Iacobi Locher,
Philomusi.

Derisio boni operis.

Ambulans recto itinere & timens Deum, despicitur ab eo qui iniquam graditur uia. Quæris derisor sapientiam & non inuenis: doctrina prudentium facilis. Qui deridetur, inuocabit Deum & exaudiet eum: deridetur enim iusti simplicitas.

Vertimus naues fatuas Latinis Prouer. 14. &
Versibus, plectro siquidem strepenti: 19.
Cudimus normas modo perbenignas: Iob 12.
Plaudite Musæ. Psal. 36.

Sebastiano Brant grates agit.

Gratias docto dabitis magistro.
Atq; doctori titulos merenti
Candidos nostros legitis modos qui:
Plaudite Musæ
Ad salutares quoq; disciplinas,
Atq; sinceræ documenta uitæ,
Vertimus stultos numeris iocosos:
Plaudite Musæ.
Non decus mundi, titulusq; clari
Nominis traxit. uolucrisq; fama
Ad salutares philomusa cantus:
Plaudite Musæ.
Non honos, laudes, precium' ue molle:
Nec fames auri philomusa traxit
Ad sacri fontes nemoris beatos:
Plaudite Musæ.
Nil superborum cupimus uirorum
Stemma nec claros capitis corymbos,
Nec sacræ lauri cupimus corollam:
Plaudite Musæ.
Qui leget nostri titulum libelli,
Gratias nullas referat libello:
Eleuet sed Brant, rogo, perdisertum:
Plaudit Musæ.
Præbuit nostris alimenta nymphis
Brant. & heroos tribuit beatos,
Estq; scriptorum uenerandus auctor:
Plaudite Musæ.
Gratiæ dulces lepidæq; uoces:
Et lepos blandus, lyricusq; neruus

Ex sinu

e sinu illius fluitant scatentq;
Plaudite Musæ.
rmo facundus, locupletq; uena,
ructilis candor, calamus Latinus:
l sonat quod sit Latio indecorum:
Plaudite Musæ.
d modò diuos superos precamur,
æbeant nobis ueniam benignam,
ximus quòd sic fatuos inertes:
Plaudite Musæ.
locus nauis, fateor requirit,
leos nondum fatuos remoui,
ltus & nondum posui cucullum:
Plaudite Musæ.
nt quibus nostræ placuere curæ.
nt quibus nostræ Satyræ grauedo
splicet: dextram ueniam precamur:
Plaudite Musæ.
ostrą sic fari didicit iuuentus,
uigil sudor neq; me disertum
cit: haud magnos capio labores:
Plaudite Musæ.
riberem formas potius pedestres,
onte sed manant numeri canori,
rbarum qui me faciunt poetam:
Plaudite Musæ.
atulor nostræ siquidem iuuentæ:
atulor docto pariter magistro,
ui mihi suaues tribuit Camœnas:
Plaudite Musæ.

Seculo

Sæculo nostro siquidem diserto
Gratulor: doctæ sileant Athenæ,
Et chorus uatum sileat Latinus:
Plaudite Musæ.
Iam fouet passim celebres poetas
Theutonum sydus gelidusq; Rhenus,
Laudibus quorum monimenta fulgent:
Plaudite Musæ.
Quid magis fingit Latialis orbis
Ritibus cultis? colimus Platona,
Atq; sublimem colimus Maronem:
Plaudite Musæ.
Ergo certatim teneris Camœnis,
Nauis & pictæ rudibus figuris,
Et iuuentuti faueas precamur:
Lector amice.

Socialis nauis mechanicorum.

Studiorum

Stultorum trahitur collecta caterua uirorum,
Qui manibus quærunt sæpe alimenta suis:
Artificis quisquis signum prætendit, & effert
Quid sciat & foueat qua ratione domum:
Adsunt mechanici, quorum uela ampla leuata,
Cum celeri reno per freta uasta uolant.
Cur tamen hi fatui sint ad mea laxa uocati
Carbasa? iam causas cum ratione canam.
Cunctorum ueluti status immutatur in omni
Tempore nec stabili conditione manet.
Artificum pariter sic fit mutatio semper. Prouer.11.
Vos fatuos meritò nostra carina uehit.
Hoc uitium primum est quòd seruus quisq; magister de elec. cum in magistrū. 61. dis. miserum.
Esse cupit, callet & tamen ipse nihil:
Artifices multi fatuíq; sine arte uagantur, 49. dis. sacerdos.
Stultitia merces diminuunt q; sua.
Alter in alterius damnum sudore laborat:
Se tamen imprimis decipit expoliant.
Vendit opus magna forsan mercede paratum, Ezech.7.
Incitat & uexat hunc quia liuor edax.
Attamen artificum deformis abusio sectæ
Paupertate graui corpora multa premit.
Hi res mox uendunt positas præ merce minuta:
Hi precio uendunt pro leuiore suas:
Alter in alterius damnum contemnere lucrum Leuit.25.
Assolet, & uendit tunc male sarta palam
Qui modico uendunt precio: res non bene sartas Eccles.27.
Vendunt artifices hæc mala culpa notat.
Omnes qui cupiunt emptores fallere blandis
Fraudibus: hi certè se quoq; decipiunt.
Mechanici culpas & stigmata nigra merentur,

Turpantes

Turpantes operas, artifices q; manus:
Decrescunt omnes mercatus. nemo fidelis
Mercator. quiuis ditior esse cupit.
Rebus in humanis mutatio tanta lacessit
Multos, atq; inopes reddit ubiq; uiros.
Non opus est multis facinus componere uerbis
Artificum. liuor pectora cuncta trahit.
Temporibus nostris qui constans esse laborat:
Hunc stultum uulgus insipidumq; uocat.

De Nicolao Renner Acuphago, Argentinensi Sebastianus Brant.

Finis adest Operis, nec te Nicolae uidere
In nostra potui Renner amice rate,
Comedit multas acus famul. *Qui tamen innumeros fatuos facis, & tua multi*
Ora uident, acubus quae tibi plena scatent.
Quas comedis, rursum q; uoras, uomis, imbibit atq;
Praestigio hoc stultos fallis ubiq; tuos.
Saluator ludorum paschalium. *Tu Deus interdum scandis super aethera: rursum*
Decidis, & bibula cum grege Pascha tenes.
Si mea mater adest buccas dedit illa, genasq;
Et linguas multas ingeniumq; citum.
Addubito iccirco si te Gallos, uel Iberos,
Inter Germanos. Italicos ue locem.
Hic posui artifices inter, uariosq; negoci
Te turbam nunquam solus enim esse potes.
Narragonum in patriam tecum proficiscar in una
Naue. dabit socios urbs tua stultiuagos.

Ad

Ad numeros suos ut Ioannem Bergmannum festinè adeant.

Ite rudes numeri, millenas ferte salutes
Bergmano: ad nitidos & properate lares.
Vos etenim fido trepidantes corde tuetur,
Accipietq; pio munera nostra sinu:
Exarmatus enim pharetris comitatur Apollo
Vos modò: cum fidibus auricomaq; lyra:
Ludit & arguta modulos testudine dulces,
Blandidulos saltat concinit atq; choros.
Hoc duce fœlices numeri procedite: uulgus
Indoctum uobis nec nocumenta dabit.
Impia nil rabies fatuorum, nulla nocebunt
Murmura: fortunam dexter Apollo feret.
Seu uos fumificas Aetnæ penetrare cauernas
Contingat syluas Lestrygoniumq; truces:
Seu uos per Libycas sors inuida uoluat harenas,
Siue per anguſti saxa sonora freti:
Siue Molorchæum nemus: aut per Caspia regna
Ire detur, Scythicas aut penetrare niues:
Siue charybdæos scopulos contingat adire:
Immanes Turcos, siue uidere Getas:
Carmina uos sacro uibratus lumine Phœbus:
Iam pharetra cinctus concomitatur iter.
Mirantes oculos radijs illuminet, atq;
In uobis tenebras non sinat esse truces.
Hoc duce, magnatum celsas conscendite arces,
Principis & uobis ianua magna patet.
Abijciet clypeum miles dum carmina uoluit,

Quanta uis carminis.

Atq

Atq; minas ponent Martia tela truces
Gorgonis aspectus numeris mulcetur amœnis,
Aegidis atq; angues suauia dicta stupent.
Indocti doctiq; simul dictata reuoluent,
Atq; genis lepidis oscula blanda dabunt.
Ite procul: nec uos pudeat sic esse tenellos.
Scribuntur teneri simplicitate ioci.
Qui canit Aeaciden fortem, qui ue Hectora sæuum,
Qui ue canit Libycos Argolicosq; duces,
Scipiadas geminos uel qui, duo fulmina belli,
Et Curios sanctos Fabriciosq; canit:
In cute festiua numeros deducat, & aptè
Nectat ad heroos uerba soluta pedes.
In uobis fulgent Tyrijs non illita succis
Munera: sed splendet simplicitatis honos.
Ite rudes numeri millenas ferte salutes
Bergmanno ad nitidos & properate lares.
Dicite: uos primum Titioni ostendat amico:
Vosq; idem uideat peruideatq; uelim.
Illius in laribus, doctoq; sub hospite noctem
Linquite, & in lucem pergite liberius.
Vos hilari excipiet fronte ille dabitq; benignam
Et solitam Musis perplacidamq; domum.
Ille patrocinio iuris defendere multos
Vt solet, accipiet uos ita præsidio.
Vestram aget ille libens causam, & tutabitur omnem:
Quin propriam dicet remq; agere inde suam.

Singularitas.

Singularis ferus depastus est eam. Quisquis rebus prætereuntibus restrictius utitur quàm sese habent me-

res eorum cum quibus uiuit: aut intemperans aut superstitiosus est. Quisquis uero sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum inter quos uersatur excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido in culpa est.

De singularitate quorundam nouorum factuorum, additio Sebastiani Brant.

De Lolhardis & Beguinis.

Te nostram accepi uertisse Iacobe carinam,
Atq; illam Latium nunc sapere eloquium:
Gaudeo. Lolhardos quos prætermisimus olim,
Beguinasq; iuuat his nec abesse suas.
Est operæ precium non ignorare Beguttas,
Begardosq; suos, hyppocritumq; genus.

Cauendum est à Beguinis. de frig. fraternitatis. post prine. glo. in cle. i. de reli. do.

Quos nimis arcta prius complexa est cymba, liburnum
Nunc proprium, & laxis transtra parabo foris.
Currite Lolhardi Beguinæ siue Beguttæ,
Currite Begardi: spiritus ite iubet.

in cle. ad nostrum. De hære.

Vos hominem ex toto præsenti in carne putatis
Perfectum & summum tangere posse gradum,
Vsq; adeo, ut nunquam deinceps mortale patrare
Crimen, & ut nequeat proficere ulteriùs.
Perfectos igitur tantos quoq; classiis abactis
Expectat comites, stultiuagosq; uiros.
Currite nati is eat: fatuosq; sequamur euntes,
Ne sine Beguinis tanta æterna ruat.
Cernitis ut stulti totum mare & æquora complent:
Nec modus aut numerus nauibus atq; uiris
Sæpe oculos hominum morientum clauditis antè
Quàm mortis tempus uel necis hora uenit.
Claudite præsentis perituræ lumina turbæ
Atq; Operi nostro ponite quæso modum.
Sit satis hunc feciſſe prius uobis uel honorem,
Quòd non uulgari uos rate composui,
Ne populus si uestra notet mala crimina, forsan
Non prauos modò, sed pellat ab orbe bonos.

cle. 1. de re. do. dic. cle. ad nostrum.

Nec uos de populo uultis, neq; plebe uideri:
Nec cleri in sortem uos Deus ipse uocat.
Iccirco dignam uobis sedem ipse nequiui,
Theutonica in nostra ponere naue prius
Cum tamen in patria Germana, & Theutonico orbe
Pullulet, & uigeat uestra ea secta nimis.
Colligе attempto turbam duntaxat iniquam.
Este procul fratres, quos bona uita iuuat.

Protestatio nihil dicere uolens cõtra bonos.

Qui

Qui normam uitæq; modum sancitaq; patrum
Seruatis: non uos lædere pergo bonos:
Sed turbam indoctam, quæ cum nil discere possit,
Nec uoluit, longam quærit habere togam.
Ne si uulgus erit, cogatur ferre laborem 2. Thess. 3.
Artificum & manibus quærere fortè cibum.
Inde est quòd quærunt tranquillam habuisse quietem,
Atq; uacare graui posse labore tamen.
Non is est animus, non mens, sint ut Madalenæ,
Verùm ut bufonem læna suum inueniat.
Ocia sectantur torporem &, desidiamq;:
Hinc hosti antiquo nequitiæ arma parant.
Proinde sibi reputant, credunt quoq; cuncta licere.
Humano neq; sub uiuere & esse iugo. die. ele. ad nostrum.
Libertas aiunt ubi spiritus esse probaturi
Spiritus at spirat, liberiora licent 2. Corinth. 3.
Inde putant nulli capiti se subdere posse: 93. dis. nulla
Acephali cupiunt uiuere & esse palàm.
In grege conueniunt: uiuunt sine rege locustæ, Prouer. 30.
Puniat ut nemo corrigat atq; nephas.
Quin etiam interdum laico sua crimina fratres glo. 25. dis. unum. glo. de of ordi. pastorali. glo. de fur. c. 2. die. ele. ad nostrũ
Confitentur, agunt alterutrumq; uices.
Oscula mortali dicunt damnanda reatu:
Officium carnis sed ueniale ferunt
Hinc passim fratres per compita cuncta, sorores
Quærunt, solantur, concrepitantq; fores. glo. in cle. 1. de reli. do. cõtra. c. diffinimus. 18. q. 2. & 9. perniciosa.
Signaq; dant digitis pulsantibus atq; recepto
Responso admittit ianua quæq; suum.
Tum procul abiectis mantellis, atq; cucullis
Lolhardi in turpi ueste, breuiq; patent.

Grandibus exutis ſotularibus atq; cothurnis:
Beguinæ incedunt calceolosq; mouent.
Act.10. *Tunc opera incipiunt communia: tunc labiorum*
Pſal.139. *Hos operit labor, & facta ſororia agunt.*
Si qua caſta ſoror uelit atq; pudica uideri,
Et quæ fraternos abnuit accubitus:
Carpitur & normæ uiolatrix dicitur, extra
Sit numerum, & careat funditus alloquio.
Illi communes (neq; enim ueniæ ue, preces ue
Subueniunt) urnam hæc fregit, & urceolum.
Quin etiam arguitur maiori crimine, pœnam
Quo ferat, & ſubeat fratris ad arbitrium.
cle.1.de uj. & bon.cle. *Hunc ego peruerſum Lolhardum ſeu Goliardum*
Proteſtatio. *Dicam, qui uentri uiuit & umbilico.*
Prouer.11. *Nequiuiam illorum carpunt mea carmina: ſanctos*
Atq; bonos fratres carpere nemo uolet.
Quos uel Apoſtolicæ ſedis mandata probarunt:
Vel quos commendat uita laborq; bonus.
Aſt quidam bullas producunt ſæpe, quibus ſint
Abſq; opere, humanis delitijsq; uacent:
Et quibus impunè poſſint quæcunq; patrare
Non bona, & à nullo uindice habere metum:
C. de epiſ. & cle. Deo amabiles. *Seq; pares faciunt monachis Veſtæq; ſacratis*
Virginibus, quibus eſt regula grata Deo.
Canonicos habitus, nomen ueſtemq; pudicam
Ezech.13. *Vſurpant: ſed enim ſub cute uulpis ineſt.*
Sic habitus ſimulant multi ſanctosq; bonosq;
Matth.7. *Intus qui rapida tygre, lupoq; ſcatent.*
Nomine diuorum ſubiere cubilia multi
Caſta: ſed inceſto mox rediere gradu.

Quis,

Quis, rogo, summe pater, ualet explicare nefanda
Crimina quæ fiunt sub specie usq; bona?
Liberiùs poterit nemoq; licentius usquam
Fallere credentes quàm genus hyppocritum.
Introitu Curios simulant, sed Clodius exit.
Sub Christi specie, dæmon inique lates.
Væ tibi, uæ maledicta cohors quæ nomen inane
Relligionis habes, quod tua facta negant.
Nempe opera effingis satanæ, quibus esse probaris
Progenitus satanæ, luciferiq; puer.
Quisquis enim est genitus summo à genitore, Deoq;
Hic mandata Dei seruat, & efficiet.
Qui uerò è terra genitus, terraq; sepultus
Semper erit: quæuis terrea sola placent.
Quem semel arripuit fatuorum claua, cucullus,
Mitraq; uix ueterem deijcit ille togam.
Hinc precor, exhortor, moneo rogo, flagito cunctos
Fræuideant: linquunt qua statione ratem.
Nostri etenim portum quærunt lintresq; faseli:
Cedo libens: meritum docte Iacobe feres.
Qui mea uertisti uulgaria plaustra, reuidi
Illa ego perlegi, sat placet atq; labor.
Nota magis fuerat nobis inuentio nostra,
Quo quæq; excerpsi dicta decora loco:
Iccirco ascripsi loca concordantia, Lector
Noscere quo ualeat, singula quæq; citò.
Qui tamen & ueniam dabit impressoribus, oro:
His quia festinum nil satis esse potest.
Nempe manu propria semel atq; iterum illa reuidi,
Signaui, inuersa multa subinde manu.

Iuuenalis in satyra Vltra Sauromatas.

Esaiæ 9.

Matth. 23.

1. Timo. 4.

Prouer. 10.

Ioan. 8.

Ioan. 2. 3. & 5.

Ad Collo. 3.

Luc. 6.

Ioan. 3.

2. Petr. 3.

Apostropha ad Philomusum.

Parcendum Impressoribus.

Sed tamen illorum præceps labor, atra reliquit
Plurima, quæ nollem quæ mihi displiceant.
Quæ si forte uidet Lector bonus atq; peritus:
Det ueniam: certatum nec putet esse tuum.
Criticus at si quis cui sueta calumnia cordi)
Perleget, in sannas incidet ille scio
Sufficiet sed enim doctis fecisse laborem
Eccles. 8. *Complacitum stultis nil satis esse potest.*
Nec mihi principiò mens subfuit atq; uoluntas
Scribere, uel stultis complacuisse uiris
Eccles. 37. *Nec tibi propositum fuit, ut satis esse putarem*
Prudenti & fatuo tam bona scripta uiro.
Iccirco stultis linguam linquamus inanem.
Prouer. 18. *In cuius manibus uitaq; morsq; sedet*
Eccles. 10. *Singula qui carpunt cupiunt doctiq; uideri,*
Nec quicquam norunt sed sua sola placent:
Psal. 79. *Ille ferus multos agros depastus amœnos,*
Huncq; Ioseph patri surripuisse ferunt.
Eccles. 20. *Hos Operis nostri statui mihi sistere finem,*
Sapien. 9. *Omnia qui carpunt cùm nihil efficiant.*
Ioan. 15. *Nil satis egregium dignum præstansq; bonumq;,*
Ad Gala. 1. *Quod cunctis possit (crede) placere uiris.*
17. dis quod ad *Vicisti precibus fateor) suauissime frater,*
Conclusio operis. *Me tua quo uideam carmina peruideam,*
Quod potui effeci gaudet tuus ille magister,
Discipuli ingenium tam ualuisse sui
Perge bonis cœptis: rogat id tuus atq; Ioannes
Olpigena fausto fine, diuq; Vale.

De Cor.

Stultorum ingentes culpauimus hactenus ausus
Et studia & mores, interitusq; graues:
Qui cymbas lintres, parcas sillatasq;, liburna
Mersere & gaulos, prosumiatq;, mari.
Corbita non illos, horia aut myaparo, phaselus
Tutari, aut celox, nec potuere rates.
Quòd si sedulius causas fortasse periclì
Scrutemur, laqueos interitusq; sui:
Perspicimus cunctos sine lege atq; ordine, remos
Traxisse: & uelis non posuisse modum,
Atq; ideo in Scyllam, Syrtes, breuia, atq; charybdim
Vortice detrusos naufragiumq; pati.
E quibus in summa repetendo ab origine stultos
Inuenio cunctos hoc periisse modo.
Quòd prætergressi legemq; modumq; uiamq; Genes 6. & 8.
Quam Deus & rerum dictitat ordo decens.
Omnia quæ in cœlo aut terris, uel in æquore uiuunt, Hiere. 31. Iob 38.
Ordine seruantur stantq; uigentq; suo,
Quem si destituant, si uiuere in ordine cessent
Continuò intereunt, in nihilumq; ruunt.
Ordine ni firmo starent elementa perirent: Iudic. 5. ordinatione perseuerant dies. Psal. 118. Eccles. 3. 1. ad Corin. 14 & 15. Ad Roma. 10
Ordinem habent certum, tempus & horas suum,
Ordo est nascendi & uitæ certissimus ordo
Estq; suum mortis tempus, & ordo placens.
Ordinis hæc uirtus ut certa lege modoq;
Cuncta gubernentur, suppeditata Deo.
Atq; ut quisq; minor, maiorem obseruet: & illi
Pareat, atq; libens iussa petita ferat.

Hunc primum instituit rerum Pater atq; Creator,
Ordine dum posuit quæq; creata bono.
Principiò per eum dum condere cuncta parabat,
Spiritibus superis ordo modusq; datur.
Ad Hebr. 2. *Ipsi etiam inter se certa statione, choris q;*
Iob 4. & 15. *Cœlicolæ starent: maior is ille minor:*
de pe. dist. 2. hinc etiam de sum. tri. c. 1. *Mox sed in angelica sensit Deus ipse ruinam*
Natura, æqualis dum cupit esse Deo.
Matth. 25. 2. Petri 2. *Sic bonus ille prius dæmon, mox ordine rupto*
Dum caput abiecit, trusus ad ima ruit.

Ordo humani generis.

Eccles. 17. Gen. 2. *At reparare uolens lapsum Deus optimus illum,*
Condidit humanum, constituitq; genus.
de pe. dist. 2. primus hon. *In q; uoluptatis Paradysum deputat illud:*
Ordine dum certouiueret, atq; modo:
2. Mach. 9. 1. Corin. 15. Psal. 8. Ad Hebræ. 2. *Vt caput agnoscens summum præcepta sequendo*
Illius: ipse feris rex foret atq; caput.
Omnia subiiciens homini s quoq; sub pede: saltem
Se quoq; subiectum nosceret esse Deo.
Genes. 3. de pe. dist. 2. princeps. 2. Corin. 11. *Indoluit sed enim desertor transfuga Dæmon,*
In q; suum inuidit posse hominem ire locum:
Protinus ut caderet prothoplastus ab ordine iusso
Suadet, ut excuteret frena iugumq; docet.
Sic, heu, prime parens, uix sex tua regna per horas
Integra seruabas pulsus ab inde citò.
1. dis. in capite. *Quoq; die primum factus, rebusq; creatis*
Præfectus, regis nomen habere finis.
Gen. 3. 1. Corin. 14. *Vtq; tuo panem quæras sudore, labori*

Sub-

Subderis assiduo perpetuoq; iugo.
Causa fuit: recto quia cedis ab ordine, nec uis
Subditus esse Deo: spernis habere caput.
Sic factum, ut Satanam cœlum retinere nequiuit:
Nec Paradysus Adam, mox sed uterq; ruit.

de pe. dist. 1. rursus.
Luc. 10.
Ezech. 18.

Ordo regni uniuersalis.

Cumq; Deus uidit cœlum, terras q; relicto
Ordine pollutas: deseruisse modum:
Ierarcham cœli, terræ & cecidisse monarcham,
Seruasse & neutrum, tradita in arce, locum:
Regna sibi soli deliberat orbis habenda,
Regaliq; sua uelle tenere manu.
Nec deinde Adamo, nec cuiquam postea, mundi
Regia commisit sceptra, uel imperium.
Ceu belli dux signa uidens sub milite forti
Perdita, mox reparat, seruat & illa manu.

Inno. 1. c. licet ex suscepto. de fo. 9. do. Alexan. in. c. 1. 10. dist. & 96. dist. cū ad uerum.

Vsurpatio regnorum.

At noua regna Cain, cum posteritate maligna
Vsurpare sibi cogitat, atq; suis.
De quibus ipse Deus testatus: Pœnitet inquit
Me fecisse hominem, perdere eumq; placet.
Dum uiolant capitis legem, & seruare recusant
Ordinem eum statuit quem Deus, atq; modum:
Continuò cunctos homines, Neptunus in undis
Mersit, & absorbens corpora cuncta rapit.
Gentibus innumeris de milibus, unus in Arca

Gen. 4. Enoch ciuitas condita & eius regnum usurpatum, de hoc Augustinus lib. 15. de ciui. Dei.
Gen. 6. Iosephus li. 1. c. 5.
Gen. 7.

2.Petri 3. Octo animas Noe seruat ab interitu
Hunc Deus ut uidit seruantem ex ordine iussa,
Ad Hebræ.9. Gen.8. Tutatur natos incolumesq; facit.
Gen.9. Sed mox infelix Chamus pudibunda reuelat
Dum patris infregit iura paterna nimis,
Ordinem & egressus meruit maledicier: isq;
A' patre in exilium migrat ab inde, procul.
Quo duce cœlipetæ turrim struxere gigantes:
Gen.10. & 11. Seq; putant fluuijs subtrahere atq; Deo
Quos dein linguarum confusio facta, probabat,
Iosep.li.1.c.5 Ordine corrupto non placuisse Deo.

Assyriorum monarchia.

Hinc & in Assyrijs, Belo duce, prima tyranni.
Iustinus lib.1 August.li.18. c.2. Atq; monarchiæ sunt data principia:
Vsurpata tamen: neq; enim sumpsit sua Belus
Vsurpare dicitur qui apponit manũ rei non subiectæ suæ potestati. glo.pe. a.q.1.multi. Sceptra sibi, aut Ninus, constituente Deo.
Quo moriente fuit terræ corruptus iniquæ
Ordo. modum & legem liquit homo, atq; Deum.
Idola sculpebat uaria quoq; imagine mundus
Errabat, placuit nec modus ille Deo.
August.lib.4. c.6. licet ibi nõ à Belo sed Nino inchoet Sic quoq; mille, tricentenos ter quinq; per annos
Hoc regnum excreuit, sceptraq; lata tulit,
Subq; iugum illius misit Deus omnia regna,
Quæ sine lege, datum deseruere modum.
Tull.5. Tusc. Sed luxum sequitur, dumq; ordine Sardanapalus
August.lib.2. Neglecto uiuit, desijt imperium.
Cap.6. Id quoq; ceu fuerat primum sic solis ab ortu
Proximius, finem regna leonis habent.

Huius

luius enim euulsæ sunt alæ quando reliquit — Danie.2.
Et domum abiecit iussa iugumq; Dei:
ranstulit Arbaces occiso Sardanapalo — Iustii.lib.1. Orosius lib.1.
Imperium in Medos, atq; Orientis opes. — Danie.5.

Medorum monarchia.

e ursi incœpit regnum, sceptrum atq; potestas,
Quæ bis centum annis sex deciesq; stetit — Curcius lib.3
errarum interea uerum regnum, & ditio omnis — Regnum uero uniuersale
in manibus steterat solius usq; Dei. — Deutero.16.
ui patribus Moysiq; suo sanctisq; prophetis, — Ioseph.lib.5. c.4.
Iudicibusq;, suas iussit habere uices. — Iudic.2.
on reges sed tutores iurisq; ministros, — Psal.98.
Atq; sacerdotes hos iubet esse suos. — 17.dist.c.post. 50.

Iudæorum regnum.

ui licet Israheli regem populo unxerit, & Saul — 1.Reg.8.
Legerit: at modici rex fuit ille soli. — Ioseph.lib.6. c.4.
muersalem neq; enim hunc iubet esse monarcham;
Sola Palæstinæ his prædia parua dedit. — 1.Paralip.9.
' quotiens reges illos quoq; mutat: acerbis — Ioseph.lib.8. c.4.
Dum leges spernunt, afficit atq; plagis. — Ioseph.lib.12. &5.
ætereo bis quinq; tribus, quæ Caspia nunc gens
Claustra colens fregit nuper & illa fores
rdo his uiuendi bene dum peruertitur, atq;
Dum mandata sui deseruere Dei:
egali primum se subduxere coronæ. — 3.Reg.12. Esaiæ 13. Ioseph.lib.
Durius & grauius mox subiere iugum. — Qui c.11.

Iosephus li. 10. c. 10. de nõ ingentis dicit annis.

Qui tracti in Mædos, ubi seruitute molesta, &
Perpetua pecoris more modoq; iacent.
Vixq; quadringentis, octoginta simul annis,
Hoc regnum Iudæ quattuor atq; stetit.

Regnum Persarum.

Babyloniorũ, Hiere. 27.

Sicq; sub hoc ursо regnum Babylonis adauctum
Persarumq; sua lege modoq; fuit

Daniel 7. Darius. Iosephus lib. 11. c. 8. Iusti. lib. 11.

Ordo triplex oris sic creuit: & ordine terno
Hoc steterant dentes carniphagæ usq; feræ.
Sed Darium insignis uis atq; potentia postquam
Extulit & fecit non sua regna sequi,
Victus, & occisus: uitamq;, & Persica regna:
Ordinis euersor fixit, & imperij.

Xerxes. Herodo. li. 7. Iuuenalis in satyra Omnibus in terris. Iustinus li. 2.

Ante hunc & Xerxes dum militat ordine nullo,
Fusus ab exigua, disperijtq; manu.
Quiq; ádijt Graios fremebundi more leonis,
Instar mox leporis fugerat attoniti:
Et bis mille rates submersit in æquore, gentes
Ordine dum caruit perdidit innumeras.

Alexandri monarchia.

1. Mach. 1. Danie. 7. Ioseph. lib. 11. c. 8.

Mox sed Alexander uictor sic Persica sceptra
Transtulit in Græcos, Macedonumq; lares.
Et pardi crexit duo bis diademata in uno
Corpore eiq; alas, bis dedit esse duas:
Sed nimis excedens legem dumq; ordine uiuit
Contempto, mortis pocula dira bibit.

Feriq

Pertq; monarchiam duntaxat quinq; per annos:
In duodena sed hæc postea regna cadunt.
Sic tria regna quidem hæc, fraterna morte sacrata,
Principium & finem tunc habuere suum.
Nempe Cain primum fraterno sanguine, regnum
Incepit, quod post migrat ad Assyrios.
Vltimus Assyrius per funera Sardanapalus
Imperio Mædo principia atra dedit.
Primus apud Persas Cyrus, propriaq; parentans
Cæde dat horrendi principia imperij.
Maximus & Darius, Persarum grandia regna
Transtulit in Græcos morte sua indecori:
Cognatis etenim à propriis notisq; & amicis
Cæsus, Alexandro tradidit imperium.
Græcus Alexander propria num morte veneni
Cognata occubuit interijtq; manu?
Fraterno primi maduere sanguine muri:
Sic urbs Roma suum, cæde habet, auspicium.
Deinde Monarchiam qui Cæsar uendicat, an non
Cæde sua, tanti culminis auctor erat?
Infatis (superi auertant quod longius) atq; est:
(Principio ut finis par sit ubiq; suo)
Quòd Romanorum rex ultimus, ipse suorum
Funereas tandem perluet insidias.

Iustl. li. 12.
Ioseph li. 12. c. 1.
August. li. 15. c. 5.
Cain. Gen. 2.
Sardanapalus.
Iusti. lib. 1.
Cyrus.
Herodotus lib. 1.
Darius.
Iusti. lib. 10. in fi.
Curcius. li. 3.
Alexander Magnus.
Curcius lib. ul.
Romulus de quo Lucanus.
Iulius Cæsar Suetonius.
Vltimus rex Romanus.

Romanum imperium.

At medio, uaria fortuna, tempore Roma
Extulerat sese, principiumq; capit:
Regibus inprimis, dein consule, Cæsare demum

Ordine

Ordine & in ſummo creuit ad uſq; deos
Ouid.1.Faſt. Fundamenta locans regno ſceptriſq; futuris,
Atq; monarchiæ principia ampla ſuæ
l.11 ff.de orig iur. Mox Romæ regum diadema decemq; uiratus
Paulus Oroſ. Imperium extinctum eſt. ſpretus ut ordo fuit.
& Suetonius Præbuerat primum ſpeciemq; tyrannidis, ut ſe
In uerſitum Cæſar recerat imperium
Sic etenim ablata Dardi ditione, & Achiua:
Græcorum Romam ſceptrum & habena uenit.
Hæq; monarchiæ cunctæ licet ordine certo,
Plurima ſub ſceptris regna habuere ſuis:
Non tamen in toto dominatæ protinus orbe:
Nec ſua tam latè fluxit ubiq; manus.

Regnum Chriſti.

ſr.diſt. ab e. xordio. Donec uerbigena rurſus ſub principe Chriſto,
Iure ſuo, rediit machina tota Deo.
Eſaiæ 4. & 5. Qui cunctis regnis ceſſantibus, atq; monarchis:
Dani.2.ad fi. Ad ſolum Chriſtum regia ſceptra tulit
Matth.10. Totius eſtq; ad eum mundi reuoluta poteſtas:
Ad Hebræ.2. In cœlo & terris ſint data cuncta ſibi.
Zach. 9. Sic quoq; ceſſarunt regna uſurpata tyrannis:
Pſal.71. Cunctorum regum nam titulum ipſe tulit.
Matth.28. Et meritò Domini terra eſt, per eumq; gubernant
Lucæ 1. & 24. Reges atq; ad eum pertinet omne ſolum.
Pſal.23. Hinc ſequitur quod præſcripſit ſibi nullus ubiq;
Prouer 8. Cum uitio atq; mala, iura aliena, fide
é.uigilanti & é. fi. de præſcrip. Siue igitur prima penſes ab origine regna:
Illa ſibi dederant principium al ſq; Deo:
Danie.3. é.quamuis. 21.diſt.

Sic titulum iustaḿq; fidem tenuisse nequibunt:
Temporis excusat nec bene cursus eos.
Sive à carnigero repetemus principe, Christo. Ad Ephes. 5.
Soli debentur regia sceptra, soli. 1. Petr. 3. in fi.
Rege sub hoc potuit, regis nomen, titulum ue 21. dist. in no-
Nemo alius iusto sumere principio. uo. 24. q. 1. lo-
Nec nos commoueat Cæsar cum posteritate, quitur. 1. cũ.
Qui regna & terras detinuere diu. quærebatur.
Vsurpata etenim fuerant possessa nefande C. unde ui.
Absq; bono titulo legitimoq; modo. 6. ulcis. C. de
Siue ideo Augustum repetas omnem uel Iuli rei. poss.
Progeniem, aut flauios, Antonios ue pios.
Hi Constantini Magni usq; ad tempora, Christi
Regna usu illicito præripuere sibi.
Christus nempe fuit solus rex uerus, eiq; Psalm 12.
Debetur mundi fabrica iure suo. 1. Corinth. 10.
Ipse futurorum faciens pontem: ipse sacerdos
Ordine Melchisedech prægnitusq; Deo. Gen. 9. & 14.
Quo fit ut ad Christum, cæli terræq; potestas,
Pertineant soli, regna q; cuncta sibi.
Qui Petro atq; aliis sibi successoribus illas 24. q. 1. quod-
Commisit totas, tempus in omne, uices. cunq;.
Quodcunq; in terris ait optime Petre ligabis:
Hoc etiam in cœlis uincula firma geret.
Solueris & si quæ nexu, nodum ue relaxes: Ioan. 20.
Hæc eadem in cœlo (crede) soluta manent. Matth. 16.
32. dist. omnes
45. dist. tria.
96. dist. Con-

Constantinus Magnus.

stantinus. de
Id Constantinus cognouerat imperator, elec. fundã-
Atq; bonam agnouit, constituitq; fidem. tenta. Lib. 6.

Dum

Dum capit à Petri sibi succeſſore coronam, &
Imperium regni tum redit ordo boni.
Tum uerò effectu Chriſtus regnare, caputq;
Cunctorum cœpit eſſe hominum, atq; ducum:
Tum cum principio finis quadrabat, & alpha
O mega coniunctum: lexq; modusq; redit.
Compertumq; fuit Chriſtum caput eſſe, habituq;
Atq; actu gladium porrigere ancipitem.
Sic. ueri regesq; duces quicunq; fuere
Interea, à Petro ſceptra tulere ſuâ.
Quòd ſi fortè aliquis, Petro ſine, regna recepit:
Ille uſurpator, prædoq;, furq; fuit.
Non etenim intrauit ad ouile per oſtia uera:
Ordine ſed fœdo, more modoq; lupi.
Sic iam mille quidem, quingentenosq; per annos
Romana hoc ſteterant ordine ſceptra modo:
Rex ſit ut inferior papa, ſimul & fateatur
Eſſe hunc cunctorum ſpirituale caput:
Atq; ab eo imperium capiat: iuretq; fidelem
Tutorem Petri ſe fore, & eccleſiæ.
Vngitur iccirco, datur & gladius ſibi ab ipſo
Pontifice, ut prauos cædat, ametq; bonos.
Hæc ſunt illa, Deus quæ fecit lumina bina
Magna quibus mundum luſtret & irradiet.
Maius quippe diem ceu lampas ſolis, obambit:
Atq; animam inflammat lumine reſq; ſacras.
Quodq; minus noctem illuſtrat, terrena gubernat
Corpora, & à magno lumine lumen habet.
Hic ordo rerum eſt: modus hic: lex ſumma Tonantis:
Maiori, inferior ſubſit ubiq; ſuo.

In auten. ut deter. ſit nu. cle. poſt prin. 3r. diſ. ab exordio. l. ſi unus. ff. de pact. in extraua gã. Boniſa. 8. unam ſanctã. 23. q. 5. non ſolum. Ioan. 10. Hoſt. poſt Inno. in. c. quod ſuper. de uoto.

c. ſolite de ma. & obe. 10. diſ. ſuſcipitur. de elec. uenerabilem. cle. 1. de iureiu. 63. diſ. tibi de ſa. unc. 1. Gene. 1. dic. c. ſolite. 1. Corin. 6. Hanc cõcluſ. probat The. in tract. de rege & regno. c. 1. de ma. cle. cum inferior. Ad Rom. 13.

Quiq

Quiq; potestati seu contrait, siue resistit:
Displicet huic summus quem dedit ordo Deus.

Romana monarchia.

Vir desiderij, Daniel sanctissimus, olim — Dania. 7.
Cuncta hæc præuidit, postquam futura canit:
Quando leam primùm, mox ursum dentibus atris:
Deinde etiam pardum regna priora, notat.
Quæ tamen exiguo duraruni tempore: namq; his
Ordo fuit nullus, lex neq; cura Dei. — Quarta be-
Bestia quarta igitur mirabilis, horrida, fortis, — stia.
Visa est, cuncta uorans comminuensq; nimis:
Dissimilis reliquis q; feris: cui ferreus oris
Rictus erat pedibus cuncta animata terent:
Cornua magna decem capitis, cornuq; minutum
Ex medio illorum prodijt horridulum.
Idq; oculos habuit turpes, contraq; Tonantem
Verba loquebatur grandia, dira nimis.
Hæc fera, Romanum regnum signabat aperte:
Atq; monarchiam, Cæsareumq; iugum,
Quod maris occidui posuit prope littora sedem,
Angulum & Europæ continet exiguum:
Id quoq; successu diuisum temporis, ex se — Decē regna
Regna decem fecit particulasq; decem. — imperij.
Sic capiti abstraxit sua subdita membra, fidemq;
Quilibet, & dominum spreuit habere suum.
Ille armis, hic ui, sese præscripsit & alter:
Hunc papa exemit prorsus ab imperio:
Cernimus hoc pacto nullam sub Cæsare terram — Anacephale-
— osis Imperij.

Stare diu, parere rex quia nullus ei.
Atq; instar regum, populiq; urbesq; fideles
Imperio quondam, libera abire student:
Nemo magis curat regni defendere honorem:
Sed priuata magis commoda cuiq; placent.
Acephalos sine fine uides, pedibusq; leuatis
In cœlum supra perplacet ire caput.
Cle. in. c. nullus pluribus in fi. de re. iu. libro 6. *Ordine peruerso currus procedit, equiq;*
Vos ipositi, extremo subsistituere loco.
Proinde leuem uoluit, agitatq; Germania cancrum.
More meant cancri multa agitata retrò.

Figura cœli. M. D. III.

Credite Germani mox tempora plena periclis
Ventura & magnis cuncta replenda malis.
Heu quantum uereor ne nos fata impia tangant,
Et sceptrum à nobis imperiumq; trahant.
Aspicite hanc cœli quam cernitis (oro) figuram:
Se cancro iungunt sydera sæua nimis:
Coniunctio trium superiorum planetarum. *Saturnum, Martem, atq; Iouem, uariabile signum*
Coniungens cancri friget & humet aquis:
Indicat atq; senes, iuuenesq; & Martia corda:
Et clerum instabili mobilitate frui.
Quæq; agere incipient, quidquid placet, ocyùs illud
Prorepet cancri more, modoq; retrò.
Inde graues clades patriæ, & communis Erinnys,
Et mala prouenient diu prohibete minas.
Multa quidem nobis astra & fera fata minantur:
Cogitat at nullus tam propè adesse diem.

Tempus

mpus erit: sceptrum à nobis tolletur, & ibit
Longius: ah saltem Theutona terra dole.
uis mihi, quis lachrymas dabit, ut deflere ruinam
Communem possim, uel gemere interitum?

Constantinopolitanum Imperium.

sseaquam Romam ueterem pius ille reliquit,
Et Constantinus Thracia regna nouat:
nifices medio tulit inclyta Roma beatos:
Interea horum paruit imperio.
Constantinus firmat sua regna, duobus
Circum septa fretis, bosphoreosq; mari:
q; arcem Europæ posuit fortemq; bonamq;:
Et uallum Libyæ contra, Asiæq; minas:
omine de proprio uocat hanc, Byzantia quondam,
Vrbs quæ dicta fuit, clara potensq; nimis:
ecorum retinens sceptrum per tempora multa:
Hinc quoq; ad occiduum prospicit imperium.
d cum pontifici summo parere recusat:
Tollitur à Græca gente corona uetus.
neq; sic legem ecclesiæ seruare modumue
Curat, & iccirco funditus interijt.
im sua dum capiti subducere colla putabat,
Brachia, colla, manus, perdidit atq; pedes.
nc Scythica nuper ueniens Othomannus ab arcto
nsidijt cepit, subdidit atq; dolis.
mperit & tandem Græcus qui ab ordine prosit
Cedere, uel proprium nolle tenere caput:

Constantinopolis caput Thraciæ.

Causa quare imperiũ translatum.

Perdidicitq; graui fortuna, acriq; periclo:
Quo Deus acephalos puniat exitio.

Translatio imperij.

Carolus Magnus Germanus ex Ingelnheym natus, non longe à Maguntia.

Translato imperio à Græcis, Germana repentè
Natio, susceptit regia sceptra & opus.
Germanus quia nam nostro quoq; natus in orbe
Carolus & uero semine Theuton erat.
Nempe orientalis Francus fuit unde recepit
Francia Gallorum quod modò nomen habet.

Diuturnitas Germanorũ regum.

Germani sic nos annis propè septingentis
Sceptra sacra & uittas gessimus imperij.
Quo liquidò patet, in terris quòd sæcula tanta
Nulla monarchiæ gens tulit imperium.
Nam Babel, Assyrius, Chaldæus, Parthus, Achæus
Vltrò citrò instabili regna tulere loco.

Romanus Imperator.

At nos Romanum nomen q; urbem q; sacratam
Continuò in nostro reximus imperio.
Quod q; magis dignum est, reliqui quia iure paterno
Hæredis q; loco regna habuere sua:

Electores Imperij.

At rex Romanus legitur per uota uirorum
Integra præstantum, nobiliumq; ducum:
Eligit hunc nullus qui non sit Cæsare dignus:
Et qui non sceptrum iure suo ipse ferat.

Quare melior electio Regis quàm successio.

Traditus hic modus est, ordo quoq; Cæsare Othone,
Quo regnum melius constet & imperium.
Sæpe etenim ignauus uel iners, uel inutilis excors
Nascitur: at legitur, frugi homo & eximius.
Sex ita principibus legitur Rex, atq; Bohæmus

Rex

Rex paribus uotis sæpe uocatus adest.
Carolus his Quartus dedit Electoribus amplum
Rheni uectigal grandia dona satis.
Centum mille quidem nummos capit inde quotannis,
Quisq; horum auratos rex habet inde parum.
Vnde etiam imperium defendere iure tenentur
Consilio, atq; armis, corpore, præsidio:
Et meritò imperij penes hos substantia maior
Nam residet: ad eos commoda tota fluunt:
Imperium sed eget, uix nunc Aquila illa decora
Pennigera est, rapiunt uiscera cuncta feræ.
O miser Aclæon, cui non tam dura fuit mors,
Quàm lacer à canibus quòd foret ille suis.
Horum consilio Rex singula facta peregit
Semper: & illorum res stetit arbitrio.
Cumq; illis tractat commitia cuncta reuoluens:
Quod sacro in primis imminet imperio.
Sed quàm prægnantes Germania nostra diætas
Semper habet: binas una retensa parit.
Quæq; fuit pridem noua, iamq; puerpera, prolem
Parturit: hæc eadem mox quoq; mater eris
Dumq; diu trahimus conuentus conciliando:
Nil reliqui, ni quod comparuisse sat est.
Quicunq; huc ueniunt: quæ sit conclusio, tandem
Scire petunt: aliò fertur abacta dies.
Inde etiam insultat nobis gens quæq; diætas
Germanas grauidas, & sine fine uocant.
Causa patet, quam si uerbis effarier ausim:
Principibus nostris nam mora longa placet.
Quæris aquas in aquis improuide Tantale: sed non

Carolus Quartus septem Rheni electoribus distribuit.

Ouid. 11. Met.

De Comitiis Germanorum. Aeneas Syluius in Epistola.

Tantalus.

Consilio ex uno plurima inire iuuat.

Salust. in Catilin. *Verum ait historicus (quisquis fuit ille) priusquam*
Incipias facium consule, deinde age opus.
Is non consilium persuaserat esse perenne,
Sed quo consilijs præficiatur opus.

Quin. Fabius. *Hoc Fabius Quintus dictator, fecerat, is qui*
Tardus erat sed non sic quoq; deses erat.

Seneca. *Nec nos aut præceps factum laudamus, & expers*
Consilij, iuge nec consilium usq; placet.
Scis quid forte uelim, Medium tenuere beati.
Qui post consilium facta uiere tamen.
At nos, ah miseri ingenio meritoq; gemendi
Germani, longas quærimus usq; moras.
Et nihil aut facimus aut præcipitanter agunt ur
Res nostræ, nec adest ullius ordo modi.

Turcj Irruptio.

Dum nos consulimus, Turcus sua littora Græca
Posthabet, Illyricos, Pannoniasq; rapit.
Quiq; Istrum prius obtinuit mox littora adibit
Rheni & Germanis inferet exitium.
Inde alio (timor est) regni traducere sceptra
Cernemus, nostrum & deficere imperium.

Discordia Christianorũ & torpor. *Tradimus interea tam fortia corpora uino,*
Et iuuat ignauæ uiuere luxuriæ.
Noxius obiectus ludus: iacta alea pernix.
Semio displicuit: unio sæua cadet.
Dij melius: uatesutinam sim falsus: at illud
Fata canunt, monstrant tempora, & astra docent.

Nec

Nec mirum nobis si Cancer fortè minetur:
Iam nuper cancri cœpimus ire uiam.
Germanos uerò genitos de germine quondam,
Ac uerè fratres, fama fuisse canit.
Nulla sed ô superi est hodie concordia nostris
Cermanis, nec pax, lex nec amicitiæ:
Sed cuncti inter se grassantur more leonum:
Raptorisq; studentuiuere more lupi.
Heu quantum uereor bella horrida, bella nefanda:
Intestina simul surgere, & ire procul
Nam Rhenum (metus est) undandum sanguine multo:
Neue Istri fontes, stagna cruoris agant:
Dij superi talem Germano auertite pestem:
Prælia pellatis Theutonico q; solo.
Longius in Turcos, Arabesq; & Achaica regna
Hæc Bellona ferox pulsa, & abacta ruat.
Regna etenim diuisa cadunt: aditus datur hosti
Perfacilis dispar uertit aratra iugum.

Germanorũ origo. glo. 24. d. c. 1. Strabo.

Intestina Germanorũ bella

Matth. 12. Luc. 9. Salustius.

Conclusio Vuormacien sis.

Sed quid nostra queror tam prospera sæcula? quæ nunc,
Vnanimes regi constituere duces:
Qui stabili imperium, & concordi pace ligarunt:
Reddere iudicium, iusticiamq; parant
Fœlix Vangionum locus, urbs faustissima Rheni:
Conclusum hoc tandem quam penes extat opus,
Per quod fama uetus aboletur & incipiunt nunc
Ordine Germanæ res, coalescere bono.
Iudicium denceps inopi datur, atq; pupillis,

Palinodia. Commendatur principũ & ciuitatum imperij obedientia.

Iusq́ ministratur pauperi & indigenæ.
Præsertim cum tam iustus, doctusq́, modestus
Præsideat princeps, iudiciumq́ regat:
Qui iunior fuerit quamuis ætate Latinus,
At tamen humanus, moribus atq́ comis:
Illi, maturus, uenerabilis atq́ senatus
Assidet, & prudens, iusta senumq́ cohors.
Turbaq́ tam celebris: quam totus colligere orbis,
Inq́ unum posset uix statuisse locum.
Rostra putas Romæ, seu uicum Martis Athenæ:
Seu Parlamentum, Gallia quale colit.
Iudicio hoc, leges & plebiscita uigebunt:
Atq́ mali mores frena seuera ferent:
Quin & libertas Germani nominis, ampla
Famaq́ durabit perpetuanda diu.
Inde etiam fidei sequitur tutela sacratæ:
Christicolæq́ aderit præsidium ecclesiæ.
Hinc propelluntur Turci, atq́ iniuria quæuis:
Sæua cohercentur crimina, uisq́ silet.
Inde parens speret pueris conuiuere lætus:
Hærebit coniunx coniugis inq́ sinu:
Agros quisq́ suos, reparareq́ prædia, sacro hoc
Iudicio Cameræ, iusticiaq́ potest.
Omnibus hinc terris pax, & tranquilla parantur
Ocia, seruantur sceptraq́ & imperium.
Hæc fortuna quidem tibi enim tibi Maxmiliane
Desuper à summo uenit, adestq́ Deo:
Qui tam deuotos, claros uirtute, benignos,
Præstantesq́ duces nactus es imperij:
Consensu parili qui regni extollere honorem,

Iacobi Marchionis Badē. Iudicio consistorianæ cameræ cōmendatio.

Ad D. Maximilianū regē apostropha.

Iuran-

Iurandoq́ uolunt iure ſubeſſe tibi.
Quis non tam ſancto, tam iuſto, tamq́ beato
Propoſito faueat? pareat atq́ libens?
Certè animam & corpus decet his impendere rebus,
Quæ pro iuſticia ſunt bene cœpta ſacra.
Det modò fœlicem finem, optatumq́ probatis
Auſpicijs iuſto principioq́ Deus.
Vtq́ palàm uobis loquar illuſtriſsima turba: Ad principes electores.
Conſcripti patres principis, atq́ duces:
Tempora ueſtra Deus fœlici ſidere obumbrat:
Irradiant ueſtrum fata benigna diem,
Qui tam præclaro iuſtoq́, pioq́ ſubeſſe
Vos decuit Regi magnanimoq́ uiro.
Conſilio ueſtro regnum tutabitur ille:
Et ueſtro extendet ſceptra ſua auxilio.
Ille gubernator: uos remi, atq́ anchora nauis:
Præſidio ueſtro portus & aura uenit.
Vos quoq́ Germanæ gentes populiq́ potentes Ad ciuitates Germaniæ exhortatio.
Imperij uobis ſit, rogo, cura frequens.
Aſtra licet nobis contraria multa minentur
Dira ſimul, quamuis ſidera ſæua micent:
Sidera uincemur: maneamus in ordine ſaltem,
Et capiti ſubſint membra minora ſuo.
Parua licet nobis ſit copia: uincere gentes
Poſſumus omnigenas, aſsit ut ordo tamen. Ordo omnia seruum conseruator.
Eſt aliquid modico, bene uiuere poſſe paratu:
Re quoque de tenui poſſe leuare domum.
Sæpe uides modicæ ex ordine pauperis ædes
Splendere: & nitidis creſcere ubique modis.
Rurſus cernis item ſæpe alta palatia regum

Diruta: & è ſummo prorſus abacta loco,
In cinereḿq; ſuum uerſa & diſiecta, reguntur
Ordine dum nullo, dum ſine lege meant.
Ordo eſt qui cunctas res creſcere cogit in horas:
Ordo eſt qui paruos tollit in aſtra lares.
Iob 10. *Horror adeſt, erroŕq; frequens ubi deficit ordo:*
Ordine peruerſo, nil placet uſq; Deo.

Quàm opportuna ſit imperio quadriennis inſtituta contributio.

Theutones ad ueſtram iccirco, patriǽq; ſalutem
Reſpicite, & regis ſuſcipite imperium
Sic etenim terræ, res, oppida ueſtra, domuśq;
Tuta ſub incolumi ſtant ſatis imperio.
Nec uos perturbent mouentúe indicta tributæ
Quæ leuia, & facili ſunt ſoluenda modo.
Fœlix pars, quota ſit ſeu portio quæq; ſeorſum:
Conſeruet totum, quæ retinet́q; ſuum.
Ille obulus bonus eſt, fauſtóq; expenditur uſu,
Qui libram domino ſeruat ab interitu.
Nec primum hoc uobis indicitur antea multæ
Soluerunt gentes, & populi armigeri.

Qui prima tributa ſoluerint regibus.

Regibus, Aſſyrij ſemper ſoluere tributum:
Sub dominis Babylon maxima cenſa fuit.
Indis dum uoluit certare Semiramis, antè
Exegit: domuit ſićq; orientis opes.
Herod. lib. ui. *Perſis Longimanus Artaxerxeśq; tributa*
Impoſuit: dictus non minus ille pius:
Quin & ſeruator patriæ, paciśq; & amari
A cuncto populo non minus emeruit.
Curtius. *Macedoneśq; prius quàm Græcia uicta, Philippo,*
Deinde & Alexandro contribuere ſuo.
Lucæ 2. *Exijt edictuḿq; à Cæſare, mundus ut omnis*

Per

Per capita hunc cenſum ſolueret imperio.
Quis uel apud Gallos (qui libertate fruuntur
Franca) non cenſum pendere ſemper habet?
Adde uel Hiſpanos uel totum protinus orbem,
Italiam, & Calabros, Sarmaticoſq; lares:
Quos metus atq; timor, regumq; potentia, adegit
Soluere compulſos, magna tributa nimis:
At nos liberius, noſtra quoq; ſponte, uolentes:
Rem ſimul in noſtram, ſoluimus exiguum.
Id quod nec cenſus dici poteritue tributum,
Libera ſed potius munera præſidij.
Nec minor inde manet libertas priſca, decusq;:
Quo ſemper fretus Theutonus orbis erat.
Sed nos imperij rebus ſuccurrimus, ut nos
Tutari, imperium protegere atq; queat.
Credatur nec enim parſum mihi ſolui ego penſum,
Perq; libens, dudum: nec rehabere uelim,
Publica quo impediam tam ſancta negocia regni,
Vnde ſalus patriæ pendet, & imperij.
Theutona terra igitur capiti patienter obedi, Peroratio.
Mandatis pare. & fer ſacra iuſſa libens.
Sic tua ſtare diu poterunt fœlicia ſceptra,
Sic uirtute tua uincere cuncta potes.
Quòd ſi uerba Dei contemnis, ſubijcieris Leuit. 26.
Qui tete oderunt, hiſq; tributa dabis. Luc. 20.
Cæſaris ille iubet quæ ſunt, dare Cæſari, & ipſi Marci. 12.
Soluere deinde Deo, ſunt bona ſi qua Dei.
Ordine ſi currus noſter procedet opimo,
Temonemq; trahent ordine rurſus equi.
Sic quoq; uertemus Cancri tam mobile ſignum,

Vt cauda obtorta ſcorpio proueniat.
Iuppiter aſpiciet uultu nos forte ſereno:
Firmior Alcocothen Mars quoq; noſter erit.
Sic breuiter ſtultos tranſcurrimus, ordine rupto,
Qui fuerat regni magna ruina ſui:
Dumq; modum & normam bene uiuendi atq; beatè
Peruertunt patriam, regnaq;, perdiderant.

Vale inclyte Lector.

FINIS STVLTI-
feræ naui.

BASILEAE, EX OFFICINA SEBA-
stiani Henricpetri, Anno recuperatæ Sa-
lutis humanæ M. D. LXXII.
Menſe Martio.

Rare mss.
JS.12
B825

John Carter Brown.